CHRISTOLOGIA

IVDAEORVM IESV APOSTOLORVMQVE AETATE

IN

COMPENDIVM

REDACTA OBSERVATIONIBVSQVE

ILLVSTRATA

A

D. LEONHARD BERTHOLDT

THEOLOGIAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO IN LITERARVM VNIVERSITATE REGIO-BAVARICA ERLANGENSI ET TEMPLI ACADEMICI ANTISTITE.

ERLANGAE

SVMTIBVS IO. IAC. PALM.

MDCCCXI.

[illegible]

VIRIS

SVMMVM VENERANDIS

D. CHRISTOPHORO FRIEDER. AMMON

AVGVSTISSIMO ET POTENTISSIMO BAVARIAE REGI A CONSILIIS ECCLESIASTICIS, THEOLOGIAE PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO PRIMARIO, DIRECTORI SEMINARII THEOLOGICI REGII ET ECCLESIAE NEAPOLITANAE PRAEPOSITO

ET

D. PAVLO IOACHIMO SIGISM. VOGEL

THEOLOGIAE PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO SECVNDARIO ET ECCLESIAE PALAEOPOLITANAE PRAEPOSITO

COLLEGIS SVIS DILECTISSIMIS

HVNCCE LIBRVM

TAMQVAM PIAE GRATAEQVE MENTIS MONVMENTVM

SACRVM ESSE IVBET

AVCTOR.

PROOEMIVM.

Aequidem nolo in longam excurrere praefationem; nonnulla tamen de occasione, consilio et vsu huius libri monenda sunt, quibus paucis defungar.

Cum pro summis in Theologia honoribus jam a me impetratis atque ad obtinendum

dum in Ordine Theologorum Almae nostrae Friderico-Alexandrinae Summe Venerabili locum a Praetore, terris nostris Baruthinis ab Inuictissimo et Augustissimo Napoleone, Franco-Gallorum Imperatore olim praefecto, per literas imperiales decretales d. 12. Mart. 1810 *datas concessum, aliquid scribendum et examini publico subjiciendum esset; argumentum, quod exponerem, hoc vtroque consilio haud indignum ac inferius, suppeditauit istud doctrinarum sacrarum genus jam per longiorem vitae partem multo studio ac amore tractatum, quod ad historicam Noui Foederis librorum interpretationem eiusque fundamenta ac praesidia spectat. Placuit de C h r i s t o l o g i a J u d a e o r u m J e s u A p o s t o l o r u m q u e a e t a t e disserere, et neminem puto fore*

fore, cui huius consilii ratio non ex omni parte probata sit. Nam non vereor, ne eorum, qui rerum theologicarum vere gnari sunt, vel vnus in eo dubius haereat, quin a recta ac solida huius rei, quae inde a saeculo secundo ante Jesum natum totam paene Judaeorum doctrinam sanctam ni vel absorbuit, tamen vero vallo quasi fossaque circumuenit, expositione et cognitione, historica ac vera Noui Testamenti interpretatio fere omnis proficiscatur. Fuerunt autem adhuc duae aliae causae singulares, quae me ad eligendum hoc argumentum mouerunt. P r i m a m attulit aetatis nostrae ingenium ac indoles quam plurimum deflebilis, quae quidem ad paucos duntaxat, quae Dei est gratia, pertinet, tamen vero nimio rerum obscurarum

ac intellectu humano, nescio, vel inferiorum vel superiorum studio turpique egregiorum incrementorum, quae Theologia biblica et dogmatica ex saniori liberaliorique Exegesi sacra post I. A. Ernesti et I. S. Semleri, Duumvirorum de rebus sacris meritissimorum, labores quolibet anno auctiora et laetiora cepit, contemtu ac despectu ingenia iuuenilia, dulcibus ac amoenis φαντασιας ludibriis abunde condîta penitusque incrustata, ad caliginem pristinorum temporum densissimam, qua summa incuria vagari licet, reprimere et omnem scientiam sacram formulis ac verbis superstruere solet, quae nil aliud sunt, quam rerum coelestium ac diuinarum humana fulcra, ad sua tantummodo tempora pertinentia neque ipsam doctrinae diuinae veram ac propriam

priam naturam et essentiam constituentia, quippe quae meram τȣ τϱοπȣ της παιδειας speciem prae se ferant.

Alteram causam, quae animum meum in condendum hocce Christologiae Judaeorum Jesu Apostolorumque aetate systema induxit, praebuit lectio Paraphrasium Vet. Testamenti chaldaicarum, cui in alium quemdam finem multum jam temporis et operae impendi, nec non nonnullorum melioris notae scriptorum rabbinicorum cum studio librorum sacrorum Noui Testamenti conjuncta; quo in negotio non potui, quin animaduerterem, ea, quae cum in antiquioribus tum in recentioribus libris et commentationibus exegeticis de Christologia Judaeorum Jesu Apostolorumque aeta-

te

te passim tradita sunt, haud omnia ad veram rei imaginem efficta et composita esse. Sunt videlicet, quae pro certis venditentur, quae penitus sunt incerta et dubia; et si vel lubentissime concedam, Viros Doctissimos, qui ex instituto et cum ea, quae in illis erat, sagacitate in perscrutandis his rebus versati sunt, nil grauioris momenti effugisse atque post illorum curas ac labores nil prorsus noui detegi et in lucem proferri posse; perquam multa tamen deprehenduntur, quae in hunc vsque diem nondum satis clare intellecta ac perspecta, haud accurate et subtiliter explanata, e fontibus suis nondum rite deriuata, haud in suum justum ordinem redacta nexuque naturali vincta, argumentis idoneis et aptis haud supersructa, et, quae

alie-

aliena sunt, a se non disjuncta et in proprio loco posita sunt. His igitur vitiis, quibus Christologiam Judaeorum seriorum, vti in scriptis ac scholis theologicis proponi solet, laborare inter omnes, puto, harum rerum peritos constat, occurrendi ac medelam adferendi consilium cepi; qua in re rite perficienda multis quidem libris necessariis me destitutum vidi; at vero contigit mihi tam felici esse, vt beneficio ac in me fauore Perillustris *Chr. Th. de* Murr, *Veterani Germaniae Polyhistorum celeberrimi,* Summum Venerandi *D. G. W.* Meyeri, *Theologiae Professoris ac Decani Altorfini optime meriti mihique amicissimi, et* Plurimum Reuerendi *J. F.* Roth, *Ministerii ad Aedes S. Sebaldi Norimbergensis Senio-*

nio-

nioris fidelissimi et de rebus historicis et literariis meritissimi; ex Bibliothecis Norimbergensibus et Altorfinis publicis nonnulli libri rabbinici, quos desiderabam, mihi permitterentur et iis vtendi in longius tempus copia daretur. Iis an recte vsus fuerim, omneque huius commentationis, qua in exaranda et libros satis notos G a l a t i n i, R a y m u n d i M a r t i n i, L i g h t f o o t i, K n o r r i i a R o s e n r o t h, E i s e n m e n g e r i, S c h o e t t g e n i i, J. H. M a i i, patris, A. P f e i f f e r i, S o m m e r i, K l e u k e r i, C o r r o d i i, S c h m i d t i i, H a l l e n b e r g i i aliorumque in subsidium vocasse illisque me bene adjutum fuisse grato animo profiteor, argumentum justo modo ac probabili ratione tractauerim, judicent alii.

Re-

Restat, vt lectores de recto ac idoneo vsu huius libri qualiscumque paucis moneam. Vnicuique hunc librum perlustraturo ac perlecturo facile erit cognitu et perspectu, doctrinam Noui Testamenti, cuius comparandae in notis paragraphis longa saepe serie subjunctis consulto feci copiam ac potestatem satis largam, permultis in modis, forma illius externa spectata, conspirare et congruere cum Christologia Judaeorum. Tantum autem abest, vt hanc ob causam doctrina christiana merus Ιεδαισμος *vel maxime in meliorem formam ac effigiem refictus habendus sit, vt potius sole clarius sit, hac vnica, quam monstrat* h i s t o r i a, *ratione idoneam ac certam viam ad diuinam illius originem ac indolem intelligendam et percipiendam muniri*

ac

ac sterni posse. Dicas enim, quaeso, qui fieri potuerit, vt Judaei, inter quos Jesus ex Dei decreto aeterno vitam terrestrem degit, sibi persuaderent, Jesum esse naturam indole sua πνευματικη hominibus ac angelis longe superiorem Deoque aequalem eique conjunctissimam, nisi Judaeorum pars tales ex longo jam tempore animis informatas habuisset de Messia venturo notiones, quarum doctrinae christianae annectendarum negotium erat quam maxime facile? Putasne, expurgationem sacrorum, quam b. Lutherus adgressus est, prospero successu vti potuisse, nisi per duo antecedentia saecula scientiarum rediuiuarum ac reflorescentium luce ingenia hominum ita exculta fuerint, vt ea, quae Lutherus contra Papae tyrannidem de potestate

ec-

ecclesiastica, de verbo diuino hominum vel excellentissimorum placitis multo superiore etc. disputauit, auide arriperent et animo aperto exciperent? Haec Dei prouida erat cura rebus futuris semper sapientissime prospiciens, quae argumentis adhuc multo maioribus ac luculentioribus vim et efficaciam suam eo salutifero tempore exseruit, quo Jesus coelitus missus et σαρκωθεις hominibus se conspiciendum dedit. Omnes ideo rerum sacrarum bene gnari probe norunt, omnia, quae in doctrina christiana Christologiam judaicam seu Messianismum sapiunt, mere esse σχηματισμον, quo Numen Supremum ceu fulcro seu vehiculo vsum est, vt nova doctrina diuinitus patefacta animis Judaeorum insinuaretur atque eo ceu fundamento, haud vero

per-

perenni, sed tamen opportuno, superstruatur. Igitur non teneamus substratum facile interiturum, sed την οικοδομην *eo nixam,* τον λογον της αληθειας ϐ μη παρερχομενον!!

Dabamus in Academia Friderico - Alexandrina regio - bauarica, d. 2. *April.* 1811.

Bertholdt, D.

CONSPECTVS
RERVM TRACTANDARVM.

Pars generalis.

De Christologia Judaeorum Jesu Apostolorumque aetate in vniuersum.

§. 9.

Pars specialis.

De Christologia Judaeorum Palaestinensium Jesu Apostolorumque aetate e singulis eius partibus considerata.

§. 24.

DE

DE

CHRISTOLOGIA IVDAEORVM IESV APOSTOLORVMQVE AETATE.

SECTIO PRIMA.

PROGRAMMA

QVO

AD AVDIENDAM ORATIONEM ADITIALEM

D. MDCCCXI.

IN ALMA LITERARVM VNIVERSITATE FRIDERICO-ALEXANDRINA ERLANGENSI

HABENDAM

OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA

INVITAT

LEONHARD BERTHOLDT

PHILOS. ET THEOL. D., THEOLOGIAE PROFESSOR PVBL. ORD. ET ECCLESIAE ACADEMICAE ANTISTES.

ERLANGAE

TYPIS HILPERTIANIS MDCCCXI.

DE

CHRISTOLOGIA JUDAEORUM
JESU APOSTOLORVMQVE
AETATE.

PROLEGOMENA.

§. 1.

Spem istam, quam *Hebraei* vel, quos post exilium babylonicum nuncupare solebant, *Judaei* a longo jam tempore aluerant [1]), de Messia ad salutem gentis suae restaurandam reliquosque terrae populos ipsius summo imperio subiiciendos venturo, Jesu Apostolorumque aetate summum fastigium assequutam et ad exitum adductam fuisse, vel vnico *Simeonis*, προσδεχομενȣ παρακλησιν τȣ Ισραηλ [2]), exemplo probari potest, vtpote qui, aetate licet

jam longe prouectior, tamen his oculis ipse το σωτηριον Θεȣ [3]) se visurum esse haud dubitaret. De qua re tam certe iis persuasum fuit [4]), vt Jesu Apostolorumque aetate facili negotio quisque, qui Messiae nomen fraudulenter induebat, populum decipere et in suas partes trahere posset [5]). Quin vinculis adeo solidis animos omnium omnino Judaeorum Palaestinensium haec spes obstrictos tenuit, vt illam non solum quaquauersus secum ferrent et diuulgarent [6]), sed, Claudio imperante, etiam ab eius vi inflammati et rapti Romae adsidue tumultuarentur [7]) et haud longe post, teste *Josepho* [8]), in Judaeae partibus, detrectato Romanorum imperio, ad recuperandam libertatem bellum atrocissimum contra eos facerent.

1) ἡ ελπις τȣ Ισραηλ Act. XXVIII, 20.

2) Luc. II, 25. 26. coll. v. 38.

3) Luc. II, 30. *Et erit, omnis qui derelictus fuerit, ipse saluabitur et videbit salutare meum et finem saeculi vestri.* IV. *Esdr.* VI, 25. *Fabri-*

bricii Cod. Pseudep. V. T. T. 2. p. 226. cf. IX, 8. p. 256.

4) Luc. XIX, 11. coll. *Ueber den nächsten gemeinschaftlichen Ursprung der Erwartungen von einer messianischen Theokratie in Jesu Zeitalter, in* Pauli *Kommentar zum N. Test.* T. 3. ed. 2. p. 43 sqq.

5) Matth. XXIV, 24. Act. V, 36 sqq. *Joseph.* Antt. Judd. XX, 5, 1. 8, 6. Bell. Jud. II, 13. 4. Conf. *S. V. Ammonii, Collegae conjunctissimi,* Biblische Theologie T. 2. edit. 2. p. 238 sq.

6) *Sueton.* in vita Vespas. c. 4. „percrebruerat oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Judaea profecti rerum potirentur.“ *Tacit.* Hist. lib. 5.: pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, vt valesceret Oriens, profectique Judaea rerum potirentur.“

7) *Sueton.* in vita Claudii c. 25.: Judaeos, *impulsore Chresto* adsidue tumultuantes, (Claudius) Roma expulit“, cuius loci veram interpretationem dedit *S. V. Ammonius* in programmate Goettingae 1804. in. 4. edito. — Cf. Act. XVIII, 4. *Tacit.* Annall. II. c. 85. et *Hugii*

Einleitung in die Schriften des N. Test. T. 2. p. 295 sq.

8) Bell. Jud. VI, 5, 4.

§. 2.

Ortum autem habuit haec spes, si a prima repetenda sit origine [1]), ex splendidissima, qua jam conditores gentis hebraicae [2]) circumfusi erant, meliorum temporum imagine, quam serioris aetatis homines [3]), reuocato ad oculos regni dauidici splendore, in personae cuiusdam, ex prosapia dauidica oriundae [4]) et honore regio indutae [5]) limites coegerunt. Quo facto, hunc regem futurum ingenio sapientiaque, justitia et humanitate, pietate atque fortitudine [6]) longe excellentissimum celebrarunt atque sperarunt, fore, vt ipsius auspiciis, summa rei publicae salute adlata [7]) cultuque sacro maximis incrementis aucto [8]), gens summo Numini carissima aureae aetatis [9]) luce perpetua collustraretur [10]).

1) *Ziegler über den wahrscheinlichen Ursprung der Idee vom Messias, in Henckii Magazin für Religionsphilosophie etc.* T. 1. p. 75 sqq. *Meine Gedanken über die Entstehung und Ausbildung der Idee von einem Messias, von H. Stephani.* 1787. 8. *Hetzelii Schriftforscher* T. 1. fasc. 1. p. 33 sqq. *Eckermanni theologische Beiträge* T. 2. part. 1. p. 84 sqq. *eiusd. Handbuch der christl. Glaubenslehre* T. 3. p. 252 sqq. *Poelitz pragmatische Uebersicht der Theologie der spätern Juden* T. 1. p. 94 sqq. (*Baueri*) *Theologie des alten Test.* §. 167 sqq. *eiusdem* Breuiarium Theologiae biblicae §. 159 sqq. *Hartmanni Blicke in den Geist des Urchristenthums* p. 4 sqq. De ortu Theologiae veterum Hebraeorum eiusque cum diuerso diuersorum saeculorum, quibus incrementa sua cepit, ingenio atque indole congruentia. Scripsit *Leonh. Bertholdt.* P. 1. p. 100 sqq.

2) Gen. XII, 3. XVIII, 18. XXVI, 4. XXVIII, 14.

3) Ps. LXII, 17. 1 Paral. XVI, 15 sqq. Mich. VII, 20.

4) חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי Jes. XI, 1. it. Mich. V, 1. sqq. Jerem. XXIII, 5. XXXIII, 15. 16. Ezech. XXXIV, 23.

5)

5) מָשִׁיחַ χριστος Ps. II, 3. cf. Hab. III, 13. Ps. CXXXII, 8. 16, 2 Sam. II, 4. V, 3. Luc. XXIII, 2.

6) Jes. XI, 1 sqq. VIII, 23. — IX, 6. Zach. IX, 9. Jerem. XXIII, 1 — 8.

7) Ezech. XXXVII. 15 — 28. Ps. II. Jes. VIII, 12. — IX, 16. Obad. v. 15 — 21.

8) Jes. II, 1 — 4. (Mich. IV, 1 — 4.) XIX. 18. — 25. Hos. III, 4. 5. Joel III. IV. Zeph. III. Ps. LXXXVII, Jes. LXVI, 10 - 24.

9) Hos. II, 16 — 25. XIV, 2 — 10. Am. IX, 7 — 15. Mich. V, 9. 10. Ezech. XXXVI, 26. Jes. LXV. 17 sqq. Jes. XI, 6 sqq.

10) (*Kuinoelii*) *Messianische Weissagungen des A. T. übersetzt und erläutert.* Lips. 1792. 8. *S. V. Ammonii Entwurf einer Christologie des A T. Erl.* 1794. 8. insert. deinceps libro *eiusd. Biblische Theologie* Edit. 2. T. 2. p. 1 sqq. *Stahlii Abhandlung von den messianischen Zeiten, in Eichhornii Allg. Bibliothek der bibl. Lit.* T. 6. p. 597 sqq. *Konynenburgii Untersuchung über die alttestamentlichen Weissagungen auf den Messias,* Ling. 1795. 8. (*Schereri*) *ausführliche Erklärung der sämmtlichen messianischen Weissagungen des A.*

A. T. Altenburg 1801. 8. *Hetzelii Schriftforscher* T. 1. fasc. 1. p. 17. sqq. fasc. 3. p. 475 sqq. fasc. 4. p. 771 sqq. Olâm habô *oder das goldene Zeitalter der Hebräer in Augusti Memorabilien des Orients*, Jenae, 1802. 8. p. 131. *Bertholdt* de ortu Theologiae vett. Hebr. T. 1. p. 117—137.

§. 3.

Haec spes et exspectatio jam mentibus veterum Hebraeorum tam profunde firmeque infixa fuit, vt vel excidio reipublicae per Nebucadnezarem illato exturbari et vis eius infringi nequiuerit; factum tamen est, vt inde ab exilio babylonico successu temporis per varia rerum discrimina vicissitudinesque in nonnullis iisque praecipuis partibus magnam subiret immutationem. Causas huius rei indagaturo facile perspectum erit et exploratum, statum rerum publicarum Judaeorum post istam καταςροφην miserum et vel per nonnulla laetiora intervalla mediocritate altius haud evectum, philosophiae orientalis et graeco-aegyptiae sen-

sententias abstrusas a Judaeis dogmatibus suis sacris, quantum fieri potuit, adjectas et adcommodatas, linguae genti olim vernaculae inscitiam et veterum librorum sacrorum rite interpretandorum imperitiam, nec non ingenii, Judaeis serioribus per omnes terras populosque dispersis informati, prorsus noui et ab ingenio majorum liberaliore longe alieni singularem indolem ad res sacras ad summas minutias redigendas illasque vrgendas et pertinaciter tuendas atque dogmata prisca subtilissime extricanda et ad puluisculum vsque quasi excutienda, nec non qualibuscunque nouis vndique congestis et constipatis accessionibus augenda quam maxime procliuem et facilem, et id genus plura [1]) effecisse, vt Jesu Apostolorumque aetate Christologia Judaeorum in eam redacta esset formam, quae ab ista, quam ante exilium babylonicum habuit, multum abhorruit [2]).

1) Vid. Commentatio mea de Ortu theologiae veterum Hebraeorum P. 1. p. 5 sqq.

2) *C. F. Sixt* de regno Christi, quaedam ad historiam huius doctrinae pertinentia. Altdorf, 1775. 4. *C. A. Th. Keil* Historia dogmatis de regno Messiae Christi et Apostolorum aetate ad illustranda N. T. loca adcommodate exposita Lips. 1781. 4. *B. F. Münter* de notione Messiae apud Judaeos, eiusque progressu et sublimiori expositione in doctrina Apostolorum, 1794. *C. H. L. Poelitz* de grauissimis theologiae scriptorum Judaeorum decretis. Lips. 1794. 4. p. 40 sqq.

§. 4.

Quam tamen ex monumentis historicis ad integritatem suam refingendam negotium esse multis et magnis difficultatibus impeditum, conuenit inter omnes, quia aetas ipsa, quam studium hoc historico-dogmaticum spectat, parum protulit, quod viam sternere satisque munire possit. Multum autem abest, vt haec res nulla ex parte luce clariori suffundi queat; nam etsi nonnulla ad liquidum perducere nequeamus, ea tamen, quae maioris maxime sunt momenti

ti et caput summamque rei constituunt, cognita et perspecta habere possumus, si iis, quae aetas proxime antecedens et subsequens larga manu suppeditat, auxiliis ad monumenta historica ad id ipsum tempus pertinentia supplenda rite velimus vti. Placet ideo hanc sequi rationem, vt in numero *fontium primariorum* habeantur *libri Canonis hebraici seriores*, inprimis *prophetici*, *Apocrypha veteris Testamenti*, *Philonis Alexandrini et Flavii Josephi opera*, *Noui Foederis libri*, quibus multa a Judaeis ingenio suo natiuo conuenienter prolata et a Jesu eiusque Apostolis, praecipue Johanne Apocalypseos auctore, Christologiae judaicae congruenter et adcommodate dicta insunt, nec non nonnulla e *Pseudepigraphis Veteris Testamenti*, praecipue liber iste, qui sub nomine *libri IV. Esdrae* circumfertur [1]). Accedunt denique, quibus auctoritatem *fontium secundariorum* adjungimus, *libri Rabbinorum antiquiorum*, inprimis liber *Sohar*, utpote qui Christologiam Judaeorum sublimio-

rem

rem continet, neque tamen serioribus, veluti libro *Nezach Israel*, qui syllogen vel congeriem omnium diuersarum id argumentum concernentium sententiarum sistit, prorsus neglectis, quibus cunctis tamen ita vtendum erit, *vt ex iis nec quicquam adstruatur, quod non istorum librorum primi generis nobis cum maxime recensitorum testimonio distinctis verbis exhibito comprobatum* [2]) *vel saltem vestigiis lucidis et certis in iis depromendis praemonstratum sit.* Praeterea vero quoque *conjectura* interdum locum habere potest, si diuersarum sententiarum ex monumentis historicis rite deriuatarum conciliandarum et in ordinem justum et concinnatum redigendarum caussa aliquid tanquam intermedium dogma et copulatiuum ponendum et doctrinae judaicae veteri vindicandum erit.

1) Cf. *S. V. Vogelii*, *collegae conjunctissimi*, prolusionem *de quarto libro Esdrae* commentationi *de conjecturae vsu in Crisi N. Test.* ad

adjectam Altdorfii 1793. 4. p. 42 sqq. *Das Messiasreich nach dem 4. Buch Esdra, von E. G. H. Bretschneider in Henkii Museo für Religionswissenschaft T. 3. fasc. 3. p.* 4,6 sqq.

2) Conf. *Schmidt Bibliothek für Kritik, Exegese und Kirchengeschichte des N. Test. T.* 1. *fasc.* 1. *p.* 6.

PARS

Pars generalis.

DE

CHRISTOLOGIA JUDAEORUM

JESU APOSTOLORUMQUE

AETATE

IN

UNIVERSUM.

§. 5.

De ingenio illius pro diuersitate terrarum ac locorum diuerso.

Quod cumprimis in caussa fuit, cur temporibus exilium babylonicum insecutis doctrina sacra Judaeorum fere omnis pro diuersitate terrarum ac locorum rerumque domesticarum diuersam subiret formam [1]); id quoque effecit, vt in exponendo de Messia atque regno messiano dog-

dogmate Judaei aegyptii, maxime alexandrini, et palaestinenses in partes longe alienas abirent. Quibus liceat jungere Samaritanos, vtpote qui obliquo sanguine e gente hebraica originem duxerunt.

1) *Eichhornii Einleitung in die apokryphischen Shriften des A. T. Lips.* 1795. 8. *p.* 4 *sqq.*

§. 6.

Christologia Judaeorum aegyptiorum, inprimis alexandrinorum.

Quos Alexandri, Macedonum regis fama celebratissimi, generositas ad vrbem nouam, in sui nominis gloriam perpetuam fundatam, *Alexandriam* Judaeos adciuit, Lagidarum liberalitas et humanitas adauxit, et majori numero Seleucidarum insania et saeuitia ad istum locum totamque Aegyptum adpulit, in prorsus nouum rerum intellectu percipiendarum statum conjecti sunt, dum philosophandi rationem ibi vsu tritam sectati Platonis senten-

tentias, scientiae sacrae a parentibus acceptae jam multa ex parte familiares, junctis iisdem nonnullis Pythagorae et terrarum orientalium philosophematibus, amplecterentur [1]). Quo facto, vetus illa de Messia venturo eiusque regno clarissimo et saluberrimo spes humilem suum et terrestrem quasi vestitum exuit et ad subliniora ac desideriis studio rerum externarum et mere humanarum enatis longe superiora adspirauit [2]). Quae cum ita fuerint, haud mirari subit, Judaeos aegyptios, inprimis alexandrinos, saeculi futuri indolem et conditionem, abjecta antiquarum et vulgarium opinionum tenui farragine, ad *τυπον* longe venustiorem et sanctiorem effinxisse, videlicet ad perfectissimam doctrinae diuinae sanioris cognitionem atque summum virtutis studium ac incrementum nec quolibet impedimendo reprimendum, felicitatemque exinde profecturam puriorem, animi maxime voluptatibus vberrimam, reuocasse et restrinxisse, atque has notiones

nes abstrusiores ope interpretationis allegoricae, cui dediti consulto erant [3]), vel adeo vaticiniis in sacro codice collocatis conformasse et adcommodasse. Cuius rei testem habemus primo auctorem *libri sapientiae*, qui, quamlibet formulis solemnibus et tritis de tempore salutis recuperandae diuinitus constituto (καιρῷ επισκοπης) [4]) magnaque rerum omnium conuersione hoc ipso tempore euentura loquatur [5]), nil aliud tamen ante oculos habuit et depingere voluit, quam judicii moralis (ἡμερας διαγνωσεως) [6]), quod probos et improbos vita defunctos manet, veritatem et severitatem [7]), saeculique futuri felicitatem et gaudia, in homines probos in societatem regni moralis Dei ipsius auspiciis adductos in his ipsis terris, disjectis et oppressis improborum cateruis, in aeternum cumulanda.

Rationem haud dissimilem sequitur *Philo* [8]), qui in describendo saeculo quodam olim futuro ita versatur, vt spem

sibi

sibi faciat, fore, vt Judaei vbiuis terrarum et locorum, quo dispersi sint, vi interna vno eodemque temporis momento diuinitus percussi ad meliorem mentem et in gratiam cum Deo ex longo tempore ipsis irato redeuntes, libertatem suam a gentibus, poenis diuinis ipsorum caussa et loco obrutis et obstupefactis, nacti, ad patriam desolatam singulari Dei cura et auxilio reducti felicitate potirentur in omni hominum memoria inaudita, quam quidem, per abundantiam omnium rerum imminui nesciam, salutem publicam sapientiae et justitiae insigni praesidio firmatam, numerosae prolis, valetudinis inconcussae et vitae maximum in modum longaeuae beneficia ad summum fastigium euehendam gentes si viderint, idolorum cultu legibusque suis profanis sponte abdicaturi, doctrinae saniori et diuiniori cogitatione et bene factis operam daturi et in societatem summae felicitatis ex indefesso veri honestique studio ceu fonte perenni emanaturae cum Judaeis venturi

atque cum iis vnam eamque conjunctissimam Dei familiam, sempiterna, remotis in vniuersa rerum natura bellorum caussis et calamitatibus, pace fruituram constituturi sint [9]).

1) *Eichhornii allg. Bibl. d. bibl. Lit.* T. V. p. 235 sqq.

2) *Eichhornii Einleitung in die apokryphischen Schriften des A. T.* p. 23.

3) *Eusebii* Praep. euang. VIII, 9. *Tiedemann Geist der speculativen Philosophie* T. III. p. 127 sqq. *Flügge Geschichte der theol. Wissenschaften.* T. 1. p. 281 sqq.

4) III, 7.

5) III, 7. 8. V, 15 – 23.

6) III, 18.

7) *Schmidt Entwurf einer Geschichte des Glaubens an Vergeltung und Unsterblichkeit bei den Juden. Marb.* 1797. 8. p. 86. *Frisch Ideen in den Apokryphen des A. T. über Vergeltung* etc. *in Eichhornii allg. Bibl.* T. IV. p. 674 sqq. *Bretschneider systemati-*

sche

sche Darstellung der Dogmatik und Moral der apokr. Shriften des A. T. T. 1. Lips. 1805. 8. p. 307 sqq.

8) *Stahl Philo's Lehrbegriff in Eichhornii allg. Bibl. d. bibl. Lit.* T. IV. p. 850 sqq. *S. V. Ammonii* Bibl. Theologie, edit. 2. T. 2. p. 230 sqq. *Schmidtii Bibl. für Kritik, Exegese* etc. T. 1. p. 8 sqq.

9) *Philo* de Execratt. Opp. edit. Mangey. T. 2. p. 435. 336. de praemiis et poenis T. 2. p. 424—426. 427. de vita Mosis lib 2. T. 11. p. 141. de somniis T. 1. p. 647.

§. 7.

Christologia Samaritanorum.

Samaritanos, licet in multa longe aliena discederent et libros Judaeorum propheticos non admitterent, nihilo tamen minus Messiam exspectasse, et antiquiorum et recentiorum historiae monumentorum communi consensu comprobatur. Neque est, cur longe quaeramus, qui factum sit, vt in hanc spem adducerentur, cum in tanta et originum et domicilio-

rum adfinitate, qua Judaeis juncti erant, facile illam ad se trahere rebusque suis sacris et politicis, haud majori prosperitate conspicuis, adplicare poterant. Qua quidem in re ita versati sunt, vt Messiae venturo, quem *κατ' εξοχην*, ratione procul habita loci Deut. XVIII, 15., *τον προφητην* 1) et, seriore saltem tempore, הַשָּׁהֵב vel הַתָּהֵב 2) nominabant, eximias *τȣ σωτηρος τȣ κοσμȣ* 3), tempora salutis 4) ex antiquitate reuocaturi, partes injungerent atque sperarent, fore, vt, recuperata et vindicata ab exteris pristina libertate 5), ipsius imperio cuncti terrae populi subjicerentur. At vero tantum abfuit, vt origines eius ex prosapia dauidica repeterent, vt potius illum ex ipsorummet gremio, prole scilicet *Josephi*, quem gentis suae auctorem pia memoria colere solebant 6), natales suos habiturum esse putarent. Id quod in causa fuit, cur Messiam, tempore nemini praeter Deum ipsum explorato adpariturum, non Dauidae (בֶּן דָּוִד) sed *Josephidae* (בֶּן יוֹסֵף)

יוֹסֵף) nomine salutarent, atque illum totum in eo elaboraturum esse statuerent, vt cultum sacrum in monte Garizim ex diuino instituto solemnem nouo splendore augeat et maiori auctoritate muniat [7]); quibus rite peractis, si fato perfunctus esset, honorifico Josephi sepulcro conderetur [8]).

1) *Samaritanischer Briefwechsel, mitgetheilt von Ch. F. Schnurrer im Repertorio für biblische und morgenländische Literatur.* T. IX. p. 27.

ذكرتو عن قيام הנביא הגדול الذي
قال الله عنه الي משה : נביא אקים להם מקרב
אחיהם כמוך: هو هذا النبي بشر به ابونا
ابرهيم وهو قوله והנה תנור עשן רלפיד אש:
وهو الذي לו יקהתו עמים: وهو الذي قيل
عنه וקדקד כל בני שת וישראל עשה חיל وهو
الذي قال عنه משה: נביא מקרב אחיך כמוני
יקים לך יהוה אלהיך ואליו תשמעון: وقد قالو
عنه علمانا انه يقوم هذا النبي وله
ينقاد كل الشعوب وبه يامنو وبالتوراة
المقدسة وبجبل גריזים: ويظهر دين משה
זב

בן עמרם ويكون اول اسم هذا النبي الذي يقوم ם: ويموت ويدفن عند יוסף בן פרת: ويكون ظهور המשכן علي يده وينصب علي הרגריזים

„memorastis venturum magnum prophetam, de quo Deus ad Mosen dixit: prophetam excitabo illis ex medio fratrum illorum similem tui (Deut. 18, 15.). *Hicce propheta est ille, quem promisit patri nostro Abrahamo, cum dicebatur: ecce! fornax fumans et flamma ignis* (Gen. XV, 7.)); *ille est, cui adhaerebunt populi* (Gen. 49, 10.), *et ille de quo dictum est: (confringet) verticem omnium filiorum Seth, Israel vero perficiet facinora valida* (Num. 24, 17.); *et ille est, de quo Moses dixit: prophetam etc. etc.* (Deut. 18, 15.). *De illo autem affirmant sapientes nostri, quod venturus sit hic propheta et omnes populi ad eum se conuerterint et crediderint in illum et sacrum Codicem (h. e. Pentateuchum) et montem Garizim atque illustris erit religio Mosis Ben Amram et princeps nomen huius prophetae erit Messias; et morietur ac sepelietur apud Josephum filium fructiferae;*

per

per illum in lucem proferetur tabernaculum et ponetur in Monte Garizim."

2) Literae Samaritanorum ad Jos. Scaligerum datae. Ex autographis parisinis exscripsit *Siluestre de Sacy* in *Eichhornii* Repertorio T. XIII. p. 265. שאלת על המשיח מה שמו עמנו אלא השהב : ומה ידע באתו אלא יהוה *de Messia interrogasti; nomen eius apud nos aliud non est nisi Haschhab; neque quisquam aduentum eius nouit praeter Jehouam."* Epistola samaritana Sichemitarum tertia ad Jobum Ludolfum edidit *Ph. I. Bruns* ibid. p. 281. אתא תשאל על המשיח אן הוא קם --- והמשיח מה קם עד היום הזה כי אם יקום ויהי שמו התהב *„tu quaeris de Messia, num ortus fuerit? — — Messias vero nondum ortus est ad hunc diem; si autem orietur, nomen eius erit Hathhab."* In explicando nomine הַשְׁהָב vel juxta molliorem pronuntiationem הַתְּהָב viri docti varias sequuntur rationes. *Lobstenio* (cf. *Bruns* ibid. p. 290.) idem esse visum est ac شِهَابٌ *stella lucida*, quod vocabulum metaphorice de viris fortibus adhiberi solet; ab aliis vertitur per *leonem;*

Bruns

Bruns refert illud ad صحب *dominus*; ego vero explicare malim ex هتهب *violentum imperium exercuit* dynasta, hac potissimum causa motus, quia Samaritani aeque ac Judaei Messiam grauiori et violentiori gentiles imperio recturum esse putauerunt.

3) Joh. IV, 42.

4) עֵת רָצוֹן, *Eichhornii* Repert. T. IX. p. 32.

5) l. l. p. 10.

6) l. l. p. 40. T. XIII. p. 264. *Pauli Kommentar zum N. Test.* T. IV. p. 227 sqq.

7) Joh. IV, 25. coll. v. 20—24.

8) Cf. *Bruns* über die Samariter in *Staeudlini Beiträgen zur Philosophie und Geschichte der Religion.* T. I. p. 92.

§. 8.

§. 8.

Christologia Judaeorum Palaestinensium.

Has rationes dum secuti sunt Samaritani et Judaei Alexandrini, Judaei Palaestinenses vt se in vias prorsus alias darent, id inprimis causae fuit, quod, sacris patrum sedibus redditi, politiae pristinae in statum suum integrum restituendae consilio et spe ducebantur. Quae cum ita fuerint, re ipsa factum est, vt in instituta antiquitatis restauranda posterisque pie seruanda oculos acriter intenderent, ideoque iisdem, quibus priores tenebantur, exspectationibus indulgerent. Quam ob causam id egerunt, vt omnis, qua saeculum venturum conspicuum futurum esset, salutis ac felicitatis initia a rege illo magno, ex prosapia dauidica oriundo [1]) ducerent, imperiique sui terrae sanctae terminos longissime excessuri et omnes omnino populos amplexuri [2]) excellentiam et gloriam laudibus bene multis extollerent. Quam

Quam sententiam autem ita adstruxerunt, vt Messiam, quem insigni τȣ πιςȣ πϱοφητȣ [3]) nomine ornabant et omnibus aliis hominibus longe excellentiorem et superiorem [4]) habebant, gentibus judaico nomini infestis acriori judicio castigatis et poenis mulctatis [5]), profligatis barbarorum, qui terram sanctam imperio suo tenerent, copiis, et incolis illius in libertatem vindicatis [6]), vniuersis Abrahamidis in exteras regiones olim dispersis in patriam reductis [7]), defunctis vero ex orco liberatis et huic vitae terrestri redditis [8]), auctorem felicitatis futurum esse putarent tantae, quae cultus diuini Hierosolymis usu triti maiestate et pompa [9]), rerum domesticarum prosperitate et splendore [10]), atque summi Numinis cultorum, accessione gentium ante idola colentium in numerum permagnum adauctorum [11]), probitate et pietate [12]) omnia, quae in hominum cogitationem et recordationem cadere possint, longissime sit superatura [13]). Tantum autem abest,

est, vt per vnum omnes in expendenda hac re intra has lineas, vniuersam illius imaginem adumbrantes, se continerent, vt potius ad singula quaevis in ampliorem subtilioremque formam effingenda magisque exornanda animum haberent valde propensum; et cum in hoc negotio, non vno tamen eodemque consilio peracto, permulti et copiosissimi essent atque sententias alienas et exotericas, vndique auide arreptas, ipsorummet cogitatis annecterent, vel admiscerent et in vnum cogerent, factum est, vt in nonnullis partibus dissentirent atque alii aliter statuerent [14]). Quam ob caussam juuabit de hac re ex instituto paulo concinnius et adcuratius disserere.

1) Zach. III, 8. VI, 12. Luc. I, 32. XVIII, 38. 39. Joh. VII, 41.

2) Dan II, 24. VII, 14. 18. 27. Joseph. Bell. Jud. VI, 5, 4. Ant. X, 10, 4. 11, 7.

3) 1 Macc. XIV, 41.

4)

4) Dan. VII, 13.

5) Mal. III, 19—24. Judith XVI, 17.

6) Sirach L, 24. Luc. I, 68. 71.

7) Baruch II, 34. 35. 2 Macc. II, 17. 18. Tob. XIII, 10.

8) Dan. XII, 1—3. 13.

9) Hag. II, 6—9.

10) Tob. XIII, 16—18. XIV, 5.

11) Zach. VIII, 20—23. Tob. XIII, 11. XIV, 6. 7.

12) Mal. III, 1—6.

13) Zach. VIII, 2—15.

14) Cf. *C. F. Schmidii* Diss. quae *Judaeorum, qui Christi tempore vixerunt, de eodem varias opiniones accommodate ad loca N. T.* enarrat. Viteb. 1775. 4.

PARS

Ne autem angustos harum pagellarum limites excedam, in aliud tempus, tamen vero quam proximum, differre liceat, quae, vt singula quaeuis hanc rem concernentia penitius eliciantur et curatius enodentur, copiosiore ac fusiore sermone exponenda et tractanda sunt. Id igitur solummodo superest, vt eam, quae his paucis ceu praesidiis praeliminaribus praestruendis ansam dedit, causa indicetur et significetur. Placuit nimirum *Illustrissimo et Excellentissimo Combe Sieyes*, cum ab *Augustissimo et Inuictissimo Napoleone, Franco-Gallorum Imperatore*, terris nostris Baruthinis summo cum imperio ac potestate praefectus esset, in hac literarum Vniuersitate Erlangensi *munus Theologiae Professoris Publici Ordinarii*, quo antea supernumerarie functus fueram, pleno suo numero ac jure in me conferre, ita vt locum in Summe Venerando Ordine Theologico obtinerem. Quod ergo munus vt rite auspicer simulque submissum ac pium animum erga *Potentissimum et Augustissimum Bauariae Regem Maximilianum Jo-*

se-

sephum, nunc Patriae Patrem Optimum et longe Indulgentissimum, denuo publice testificer, *crastino die* in oratione solemniter recitanda *de historica Noui Testamenti interpretatione his nostris temporibus quam maxime commendanda* verba facturus sum. Quam orationem vt Vos, *Magnifice Academiae Prorector, Perillustris Procancellarie, Patres Academiae Conscripti, summe Venerandi, Consultissimi, Experientissimi et Amplissimi, ceterique diuinarum humanarumque literarum Professores et Doctores Celeberrimi, atque Ciues Academiae ingenio, natalibus, doctrina ac virtute praenobilissimi reliquique Musarum nostrarum Fautores et Amici* beneuole audiatis huncque actum praesentia Vestra ornare haud dedignemini, Vos omni, qua par est, obseruantia studioque rogatos esse cupio.

Dab. in regia nostra Literarum Vniuersitate Friderico-Alexandrina, d. MDCCCXI.

DE CHRISTOLOGIA IVDAEORVM IESV APOSTOLORVMQVE AETATE.

SECTIO SECVNDA.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
HISTORICO-CRITICA

QVAM
EX DECRETO SVMME VENERANDI
ORDINIS THEOLOGICI

PRO SVMMIS
IN
THEOLOGIA HONORIBVS
IAM IMPETRATIS
DIE MDCCCXI.
HORIS ANTEMERIDIANIS X — XII.
EXAMINI PVBLICO

SVBIICIET

LEONHARD BERTHOLDT
PHILOSOPH. DOCTOR, THEOLOGIAE PROFESSOR PVBL.
ORDIN. ET TEMPLI ACADEMICI ANTISTES.

ERLANGAE
TYPIS HILPERTIANIS MDCCCXI.

Pars specialis.

DE

CHRISTOLOGIA JUDAEORUM PALAESTINENSIUM

JESU APOSTOLORVMQUE

AETATE

E SINGULIS EIUS PARTIBVS CONSIDERATA.

§. 9.

Nomina Messiae.

Quem Judaei Palaestinenses *Jouae vncti* (Messiae, Χριϛȣ [1])) vel *regis Israelis Judaeorumue* [2]) nomine generali et eminentiori cupide exspectabant, eum multis adhuc aliis nominibus specialibus ornare solebant, quae, cum in hac re varias rationes sequerentur, ad diuersas res ipsi proprias atque cum persona sua et negotio

gotio publice suscipiendo et perficiendo conjunctas spectant. Dignitatem eius regiam dum respiciebant, ex communi priscorum populorum consuetudine [3]) honorificum בֶּן אֱלוֹהִים, *ὑιϩ τϩ Θεϩ*, *filii Dei* [4]) nomen in eum transferebant, quod quidem, excellentiam eius prae cunctis aliis declaraturi et testaturi, cum strictiori illa *τϩ μονογενϩς* [5]) adpellatione nonnunquam permutare solebant; natalium autem eius, quippe ab antiqua Dauidis stirpe originem ducturi, splendorem si spectabant, בֶּן דָוִד, *ὑιος Δαυιδ*, (*filius Dauidis*) iis audiebat; officii eius partem istam eximiam, populi Deo carissimi in libertatem vindicandi munus ei injuncturam, cum animo expendebant, egregio יֵשׁוּעַ vel מוֹשִׁיעַ, *σωτηρος*, *Saluatoris* seu *Redemtoris* [7]) titulo illum decorabant; studium eius de religione Jouae cultuque publico sacro bene merendi feruidissimum dum mente sibi repraesentabant, *τον προφητην* [8]) illum salutabant; ministerium le-

gati

gati diuini ei imponendum et summum, quo constituendus sit, gradum gratiae cum Deo si adspiciebant, istum vel *τον ερχομενον* (*βασιλεα*) *εν ονοματι κυριȣ* [9]) nominabant, vel *τον εκλεκτον* [10]) *και ηγαπημενον* [11]) *τȣ Θεȣ* laudabant; ad perfectam denique animi eius cum sancta Dei voluntate congruentiam regnumque eius omnibus felicitatis generibus abundantissimum dum animum intendebant, *τȣ ἁγιȣ Θεȣ* [12]) et *ποιμενος* (רֹעֶה), *Pastoris* [13]) nominibus illum insigniebant. Nominis *τȣ ὑιȣ τȣ ανθρωπȣ* [14]), Messiae quoque inditi, haec singularis autem est ratio, quod neque rei, neque personae vllum habeat respectum, vtpote ex loco Danielis (VII, 13.), quo de Messia comparatiue legitur, mere deriuatum [15]). De aliis Messiae nominibus vsu minus tritis, vel ad singulares de natura eius notiones spectantibus, vel ad seriora tempora pertinentibus [16]), nil adtinet hoc loco disputare.

1) Joh. I, 42. IV, 25. Luc. XXIII, 2. Matth. II, 4. Luc. II, 24. IX, 20. 4 Esdr. XII, 32. Cf. *J. D. Kruiger* Commentatio de verosimillima oraculi Jes. LII, 13 sqq. et LIII. interpretandi ratione. Lips. 1809. 4. p. 16.

2) Joh. I, 50. *ὁ βασιλευς τȣ Ισραηλ;* Matth. XXVII, 37. *ὁ βασιλευς των Ιȣδαιων;* XXV, 34. coll. 31.

3) *Ilgen* de notione tituli Filii Dei Messiae h. e. uncto Jouae in libris sacris tributi, in *Pauli Memorabilien* fasc. 7. p. 135 sqq.

4) Luc. XXII, 70. Joh. I, 50. (quo loco *ὑιος τȣ Θεοῦ* per *βασιλευς τȣ Ισραηλ* explicatur) 4 Esdr. II. 43. 47. XIII, 37. 52. *Sohar* Genes. part. 1. fol. 88. col. 348. edit. Sulzb. ad Jes. XIX, 1.: עב קל מאתן ותרין כחושבן בר אנת הוא בר רעיא מהימנא עלך אתאמר נשקו בר אנת: הוא רבן דישראל רבו לתתא רבן דמלאכי חשרת בר לעילא ברא דק'בה: *Ab Kal* (per Gematriam) *supputantur* 202 *instar* בר Ps. II, 7. *Hic filius est pastor fidelis. De te dicitur* Ps. II, 12. *osculamini filium,* v. 7. *tu (es filius meus). Est autem ille*

prin-

princeps Israelitarum, dominus super inferiora, dominus angelorum ministrantium, filius altissimi, filius Dei Sancti Benedicti.

5) Tikkune Sohar c. 14. ברא בוכרא דילה קדמאה דכולהו: *Filius eius* (Dei) *primogenitus est primus omnium.* Veelleh Schemoth rabbah ad Exod. XIII, 2. אמרי הקב"ה למשה כשם שעשיתי יעקוב בכור כך עשה למלך משיח בכור שנ' אני בכור אתנהו *Dixit Deus S. B. ad Mosen: quemadmodum feci Jacobum primogenitum, ita ego faciam Messiam primogenitum; sicut dictum est* (Ps. 89, 28.)*: ego primogenitum dabo eum* cf. Joh. I, 14. 18. III, 16. 18. 1 Joh. IV, 9. Huius τȣ μονογενȣς nominis rationem esse adhuc aliam, infra §. 24. not. 11. demonstratum ituri sumus.

6) Luc. XVIII, 38, 39. ὁ ἐχων την κλειδα τȣ Δαυιδ Apoc. III, 7. coll. V, 5.

7) Luc. II, 11. 4 Esdr. II, 36. Luc. XXIV, 21. ὁ μελλων λυτρȣσθαι Ισραηλ.

8) ὁ προφητης ὁ ερχομενος εις τον κοσμον Joh. VI, 14. ὁ ερχομενος Luc. VII, 19. Tes-

tamentum XII, Patriarcharum in Fabricii Cod. Apoc. N. T. T. 1. p. 568.

9) Matth. XXI, 9. Luc. XIX, 38. Joh. XII, 13.

10) Luc. XXIII, 35.

11) Eph. I, 6. Midrasch Schir Hasschirim ad c. 5. v. 16. חכו ממתקין וכלו מחמדין זה דודי וזה רעי׃ (cf. c. 2. v. 8.) *palatum eius* (Messiae) *dulcedines et totus ille deliciae; hic est dilectus meus et hic amicus meus.*

12) Marc. I, 24. Apoc. III, 7.

13) 4 Esdr. II, 34. cf. not. 4).

14) Matth. XIX, 28. Marc. II, 10. 28. Joh. V, 27. VI, 62. Ex quaestione Judaeorum cum Jesu disceptantium Joh. XII, 34.: τις εϛιν ὗτος ὁ υἱος τȣ ανθρωπȣ; luculenter patet, hanc formulam vulgari vsu tritam et in numero nominum Messiae positam fuisse. Quam ob caussam Luc. XXII, 67 — 70. Χριϛος, υἱος τȣ Θεου et υἱος τȣ ανθρωπȣ promiscue adhibentur; vide etiam Joh. I. 52.

15) *Daniel aus dem Hebräisch-Aramäischen neu übersetzt und erklärt von L. Bertholdt* T. II.

II. p. 463 sq. Cf. tamen *Less* de filio hominis, Opusc. T. II. Nr. 13. *Rullmann* de verbis ὑιος τȣ ανθρωπȣ Rint. 1785. 8. *Ueber die Stellen im N. Test., die vom Sohne Gottes, vom Sohne des Menschen* etc. *handeln, in Henke Magaz. für R. T. 1. fasc. 1. p. 126 sq. C. Chr. L. Schmidt über den Ausdruck* ὁ ὑιος τȣ ανθρωπȣ *im N. Test., in Henkii N. Magazin für Relig. Ph.* etc. T. I. fasc. 3. p. 507 sqq. *I. E. Chr. Schmidt Bibliothek für Kritik, Exegese* etc. T. 1. p. 583 sqq. *Wesselii Scholten* specimen hermeneutico-theologicum de adpellatione τȣ ὑιȣ τȣ ανθρωπȣ, qua Jesus se Messiam esse professus est. Vtr. 1809. 8. *S. V. Ammonii Bibl. Theologie* ed. II. *T.* II. p. 194 sqq.

16) cf. *Schöttgen* Horae hebr. et talmud. T. II. p. 4 sqq.

§. 10.

Tempus aduentus Messiae prorsus ignotum.

Quamuis Judaei Palaestinenses, sicuti omnes paene res determinismi legi subiicere solebant, Deum aeterno decreto tem-

pus, quo aduentaret Messias, constituisse putarent [1]), tamen Deum hanc rem sibi soli atque arcanis suis consiliis seruasse ideoque accuratam temporis aduentus Messiae notitiam neque in homines, neque in angelos neque in Messiam ipsum cadere statuebant [2]).

1) Tob. XIV, 4. ἑως πληρωθωσι καιροι τȣ αιωνος. Marc. I. 15. πεπληρωται ὁ καιρος και ηγγικεν ἡ βασιλεια τȣ Θεȣ. Gal. IV, 4. ὁτε ηλθε το πληρωμα τȣ χρονȣ, εξαπεϛειλεν ὁ Θεος τον ὑιον αυτȣ. Talm. Tr. Sanhedrin c. Heleck: שתא אלפי שני הוי עלמה וחד חריב ב" אלפי תוהו ב" אלפי תורה ב" אלפי ימות המשיח: *Sex mille annos erit mundus simulque devastabitur; duo mille Thohu, duo mille Lex et duo mille dies Messiae.*

2) Targ. Coh. VII, 25. רז יום דייתי מלכא משיחא *mysterium est dies, quo venturus est Rex Messias. 4 Esdr. VI, 7—10. Dixi: quae erit separatio temporum? aut quando prioris finis et sequentis initium? Et dixit ad me: ab Abrahamo vsque ad Isaac, quando nati sunt ab eo et*

et Jacob et Esau, manus Jacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Finis enim huius saeculi Esau et principium sequentis Jacob. — Aliud noli quaerere. XIII, 51. 52. *Sicut non potes haec vel scrutari, vel scire, quae sunt in profundo maris, sic non poterit quisquam super terram videre filium meum vel eos, qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.* Marc. XIII, 32. περι δε της ἡμερας εκεινης και της ὡρας ȣδεις ειδεν, ȣδε ὁι αγγελοι, ὁι εν ȣρανω, ȣδε ὁ ὑιος, ει μη ὁ πατηρ. 1 Petr. I, 12. περι ἧς σωτηριας εξεζητησαν και εξερευνησαν προφηται, ερευνωντες, εις τινα η ποιον καιρον εδηλȣ το εν αυτοις πνευμα Χριςȣ — ὁις απεκαλυφθη, ὁτι ȣχ ἑαυτοις, ἡμιν δε διηκονȣν αυτα — εις ἁ επιθυμȣσιν αγγελοι παρακυψαι. *Testamentum XII Patrr.* l. c. p. 568. ἡ παρȣσια αυτȣ αφραςος, ὡς προφητȣ ὑψηλȣ εκ σπερματος Αβρααμ πατρος ἡμων. Apostoli Jesu, qui de *reditu* eius adcommodate dixerunt, quod Judaei de tempore aduentus Messiae nemini hominum noto docuerunt, hanc ob caussam την ἡμεραν κυριȣ ὡς κλεπτην εν νυκτι irruentem describunt 1 Thess. V, 2. 2 Petr. 3, 10., et Jesus

ipse,

ipse, apud Lucam (XVII, 24.) κατ' οικονομιαν verba faciens, τον ὑιον τȣ ανθρωπȣ εν τη ἡμερα ἁυτȣ tam inopinato et repente, ὡσπερ ἡ αςραπη, ἡ αςραπτȣσα εκ της ὑπ' ȣρανον, εις την ὑπ ȣρανον, λαμπει, venturum esse fassus est.

§. 11.

Tempus ante messianum et messianum; saeculum hoc et futurum.

Hanc ob caussam Judaei vniuersum tempus in duas magnas periodos dispescere consueuerunt [1]), alteram Messiae aduentum antecedentem (עולם הזה, αιων ȣτος vel ὁ νυν αιων [2]), alteram consequentem (עולם הבא, αιων μελλων vel ερχομενος vel εκεινος [3]), ומנא דאתי [4]), עתיד לבוא) [5]), οικȣμενη μελλȣσα [6])). Postremam illius (αιωνος τουτȣ) partem, aeuo messiano annexam (עקבא דמשיחא [7])), nominarunt אחרית הימים [8]), קץ הימים, סוף יומייא [9]), קץ [10]), ὑςερȣς καιρȣς [11]), καιρον εσχατον [12]), εσχατα των χρονων [13]), εσχατας ἡμερας [14]), exi-

exitumque eius *τα τελη των αιωνων* [15]) vel *συντελειαν τȣ αιωνος* [16]). Formulam autem עולם הבא, *αιων μελλων*, cuius priorem partem, *periodum messianam* (ימות המשיח [17])) excipit posterior, *infinitum aeternitatis spatium*, modo in sensu latiori [18]) de omni hoc post aduentum Messiae per omnia saecula aeterno progressu futuro tempore (*πασαι ἁι γενεαι τȣ αιωνος* sc. *μελλοντος* [19]), *ἁι ἡμεραι τȣ αιωνος* sc. *μελλοντος* [20])), modo strictiori duntaxat de saeculo illo post peractam periodum messianam, mille annos duraturam (§. 38.), secundam mortuorum resurrectionem (§. 41.) et iudicium extremum (§. 42.) demum futuro atque nunquam cessuro [21]) accipere soliti sunt.

1) *Jac. Rhenferd* Dissertt. II. de phrasi graeca N. T. *ὁ αιων ὁ μελλων* et hebraea העולם הבא exhibens summum argumentum, quibus probatur, saeculum futurum non denotare dies Messiae, et Vindiciae sententiae de saeculo futuro, in *J. G. Meuschenii* Nou. Test. ex Talmude illustr. p. 1116 sqq. 1149 sqq. *Herm. Wit-*

Witsii Dissert. de saeculo hoc et futuro loc. cit. p. 1171 sqq. *Chr. Schoettgen* Diss. de saeculo hoc et futuro, in eiusd. Horr. hebr. et talmudd. T. I. p. 1153 sqq. coll. T. II. p. 23 spq. *J. B. Koppe* Nouum Testamentum, Vol. VI. ad epist. ad Ephes. Exc. I. de formulae αιων ἕτος et αἰὼν μελλων in N. T. sensu p. 138 sqq.

2) Matth. XIII, 40. Luc. XX, 34. 2 Cor. IV, 4. Tit. II, 12. Sohar Exod. fol. 54. col. 216. *Witsius* l. c. §. 15. p. 1126.

3) Matth. XII, 30. Luc. XVIII, 30. XX, 35. 4 Esdr. VIII, 52.

4) Sohar Genes. fol. 53. col. 212. Ex. fol. 24. col. 95.

5) Bereschith Rabba ad Gen. XLI, 1. לעתיד לבוא בימות המשיח שהשכינה ביניהם: *in saeculo futuro, diebus Messiae erit Schechinah inter illos* sect. 98. fol. 95. 4.

6) Hebr. II, 5.

7) Sohar Gen. fol. 115. col. 457.

8)

8) Sohar Gen. fol. 13 col. 52. באחרית הימים
:כד ייתי משיחא fol. 126. col. 499.

9) Dan. XI, 40. XII, 13. Targ. Jonath. Num. XXV, 12. Sohar Deut. fol. 114. col. 453 sqq.

10) Mechilta fol. 14, 1. לעתיד לבא כהשגיע הקץ; Midrasch Tehillim ad Ps. 97, 1. fol. 19. 4.

11) 1 Tim. IV, 1.

12) 1 Petr. 1. 5.

13) 1 Petr. 1, 20. το εσχατον των ἡμερων 2 Petr. III, 3. Hebr. I. 1. Cf. *Heinrichs* Exc. I. de vocibus: το εχατον των ἡμερων p. 225 sqq.

14) Jac. V, 3. 2 Tim. III, 1.

15) 1 Cor. X, 11.

16) Hebr. IX, 26. *επι συντελειας των αιωνων πεφανερωται.*

17) Midrasch Schir Hasshirim ad II, 10. Sanhedrin fol. 91. 2. אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שעבר מלכיות בלבד; *Nihil inter-*

terest inter hunc mundum et dies Messiae praeterquam sola subjugatio regnorum.

18) *Targ.* ad 1 Reg. IV, 33. בעלמא הדין ובעלמא דאתי דמשיחא. Nezach Israel c. 38. fol. 48. col. 3. עולם הזה אין מכון לישראל ואין המשיח בעולם הזה: cap. 27. fol. 39. col. 4. המשיח אין לו חלק בעולם הזה: Sanhedrin fol. 98. 1. Midrasch Coheleth fol. 72. 3. ad c. 1, 7. Chasidim nr. 234. Matth. XII, 32. Cf. *Lightfoot* Horr. hebr. ad Joh. X, 6.

19) Tob. XIII, 10.

20) Sir. L, 23.

21) Talm. Tr. Schabbath fol. 63. בל הנביאים כלום לא נתנבאו אלא לימות המשיח אבל לעולם הבא עין לא ראתה: *Omnes prophetae nil nisi de diebus Messiae vaticinati sunt; at vero saeculum futurum non concupiuit oculus.* Sepher Ikkarim lib. 4. c. 31. העולם הבא מדרגה באה לאדם אחר יום הדין הגדול שהוא אחר תחיית המתים: *Saeculum futurum gradatim veniet hominibus post diem judicii magni, quod habebitur post resurrectionem mortuorum.* Elias in Tisbi ad hanc vocem:

זמן

ומן אחר תחית המתים. Luc. XX, 35. Hoc strictiori sensu ideo עוֹלָם הַבָּא a Rabbinis nonnumquam adpellatur עוֹלָם הַגְּמוּל; vid. Sepher Ikkarim l. 4. c. 31.

§. 12.

Signa aduentum Messiae annuntiatura.

Quamuis autem Judaei aduentum Messiae profundissima futuri temporis caligine obtectum a nemine perspectum et cognitum haberi posse assererent; quibusdam tamen euentis aeuum messianum adpropinquans praeituris eam esse vim et naturam putauerunt, vt ille, ni vel ad certum temporis articulum accurate praefiniri, tamen vero, haud procul illum abesse, ex iis explorari et praesagiri queat [1]). Quam ob rem nominarunt illa *Signa* (אותות, σημεια [2])) aduentum Messiae annuntiatura; atque in enumerandis iis et omni hac re magis magisque exornanda et amplificanda semper magna cum solertia versati sunt [3]).

1)

1) Nezach Israel c. 40. fol. 50. col. 3. תדע כי כל מה שאמרו חכמים בענין הקץ לא שהיו גזרים שכך יהיה בודאי באותו זמן ובאותו שעה רק שגלו לנו זמן מוכן שראוי שיהיה בו הקץ ועד אותו הזמן אין ראוי שוהיה הקץ כלל עד אותו זמן שהוא מוכן; *scias, omne, quod sapientes de rebus finis dixerunt, non ita esse interpretandum, ac si definiuerint, illum illo tempore et illa hora certo venturum esse; sed tantum nobis reuelarunt tempus opportunum, quo congrue esse possit finis, et ad quod vsque tempus congrue non potest esse, sed tempore tantum opportuno.*

2) Matth. XXIV, 3. *τι το σημειον της σης παρȣσιας και της συντελειας τȣ αιωνος;* coll. Luc. XXI, 7. 4 Esdr. IV, 51. 52. *et oraui et dixi, putas viuo vsque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me et dixit: de signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere.* Midrasch Tehillim ad Ps. 74, 9. אותותינו לא ראינו מה אות שאמרת לנו הנני מביא אותם מארץ צפון ואותו האות שכתובו מה נאוו על ההרים רגלי מבשר; *Signa nostra non videmus.*

mus. Quodnam signum? de quo dixisti nobis (Jerem. 31, 8.): *ecce ego adduco eos ex terra septemtrionali. Et illud signum, de quo dicitur* (Jes. 52, 7.): *quam pulcri sunt super montes pedes euangelizantis.*

3) Cf. *Corrodi kritische Geschichte des Chiliasmus* T. I. p. 293 sqq. *Eisenmenger entdecktes Judenthum* T. II. p. 698 sqq. *Bodenschatz kirchliche Verfassung der Juden* III. p. 191 sqq.

§. 13.

Angustia magna aduentum Messiae praecessura.

Cum succedente tempore, notione de Messia clariorem lucem adepta ampliореque ornatu vestita, Θεοφανειων [1]) *dierumque Jehouae* [2]), vti eas prophetae antiquiores Hebraeorum atrocissimis plerumque coloribus describere solebant, omnis splendor in Χριστοφανειας deferretur [3]), factum est, vt seriores prophetae [4]) in depingendis iis, quas initia messianae aetatis secum conjunctas habitura sint, rebus

bus quam maxime terribilibus studio permagno vterentur sequioresque Judaei tempus quoddam calamitatibus publicis summisque angustiis insigne [5]) Messiam aduentantem praeiturum esse putarent. Variis quidem modis ii, vna quippe eademque ratione consilioque haud semper ducti, hanc καταϛροφην, quam periodus messiana ordine continuo exceptura sit, describebant; maxime tamen ad hanc imaginem illam effingebant, vt populorum inter se dissidiis et exinde oriundo bello omnium aduersus omnes [6]), annonae aliarumque rerum caritate [7]), pestilentiae haec duo mala e vestigio secuturae saeuitia homines permagno numero absumente [8]), atque eorum, qui superstites exstituri sint, defectione animorum summa et abjectione [9]), summa morum prauitate, inhumanitate et amoris erga alios defectu [10]), vitae domesticae pace ac felicitate turbata et prorsus profligata [11]), απιϛια et a vera religione defectio-

ne

ne [12]), ψευδοχριςων et ψευδοπροφητων fraudulentia multos in perniciem deductura [13]), virorum sapientiorum ac proborum penuria eorumque, qui vel paucissimi sint superfuturi, summa contemtione [14]), populi judaici statu publico in infimam et miserrimam conditionem, spem opis per naturales rerum caussas ferendae omnino omnem praecidentem deprimendo [15]), sacri templi hierosolymitani profanatione ab idolatris ipsi inferenda [16]), denique terrae motibus [17]) terribilibusque in coelo conspiciendis φαινομενοις [18]) cumprimis esset conspicua. Sperarunt tamen Judaei, fore, vt hoc tempus calamitosum a Deo, paucorum hominum ipsi constanter addictissimorum et communi morum prauitate haud infectorum rationem gratiosam habituro, praecidatur [19]) et in arctiores limites reuocetur.

1) Ps. 18, 8 sqq. 50, 1 sqq. Jes. 19, 1 sqq. 30, 27 sqq. 34, 1 sqq. 63, 1 sqq. 64, 1 sqq. Mich. 1, 3 sqq. Hab. 3, 3 sqq.

2)

2) Jes. 13, 9. Joel I, 15. 2, 11. 33. Am. 5, 18. Obad. 1, 15. Zeph. 1, 14. Jerem 30, 7. 46, 10. Zach. 14, 5 sqq.

3) *S. V. Haenlein über Theophanien und Christophanien, in N. theol. Journal* T. 2. p. 280.

4) Mal. 3, 1 sqq. 19 sqq. Hag. 2, 7.

5) עת צרה Dan. XII, 1. cf. scholion nostrum ad h. l. T. II, p. 791. αναγκη μεγαλη επι της γης Luc. 21, 23. θλιψις, οια ȣ γεγονε τοιαυτη απ' αρχης κτισεως — και ȣ μη γενηται Marc. 13, 19. αναγκη 1 Cor. 7, 26. καιροι χαλεποι 2 Tim. 3, 1. *Dies pressurae et angustiae* 4 Esdr. 2, 27. *Dies tribulationis* 16, 75. צרה Midrasch Tehillim ad Ps. 106, 24. fol. 39. 4. Hoc tempus quibuslibet calamitatibus insigne cum tamen Messiam ad lucem natum salutaturum sit, a Rabbinis haud raro חֶבְלֵי הַמָּשִׁיחַ (*Messias-Wehen,* Talm. Tr. Schabbath fol. 118. col. 1. Nezach Israel c. 34. Emeck Hammeleck fol. 42. col. 4.) nominatur, quam denominationem jam ad aetatem Jesu pertinuisse facile putare posses, si verba eius: παντα ταυτα αρχη ωδινων,

quae

Matth. 24, 18.; quae Syrus reddidit ܢܗܦܘܟ ܠܒܣܬܪܗ ܕܢܣܒ ܢܚܬܘܗܝ, vrgere velis.

6) *μελλησετε ακȣειν πολεμȣς και ακοας πολεμων. — εγερθησεται γαρ εθνος επι εθνος και βασιλεια επι βασιλειαν* Matth. 24, 6. 7. *Ecce ego induco, inquit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium* etc. 4 Esdr. 15, 5. *Vae saeculo et qui habitant in eo; quia adpropinquauit gladius et contritio eorum, et exsurget gens contra gentem ad pugnam* 15, 14. 15. cf. 16, 5 sqq. Sohar p. 2. fol. 3. c. 3. :קרבין בכל עלמא. Cf. Sohar Chadasch fol. 8, 4. Bereschith Rabba Sect. 42. fol. 41. 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 511. 518.

7) *εσονται λιμοι* Matth. 24, 7. *Germinabunt mala super terram, gladius, fames et magna confusio. A fame enim plurimi, qui inhabitant terram, interient, et gladius perdet ceteros, qui superauerint a fame* 4 Esdr. 16, 22. 23. יוקר יאמיר *annonae magna erit caritas*, Mischnah, tr. Sota IX, 15., qui locus in omni hac re est classicus. Cf. Pesikta sotarta fol. 58. 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 519.

8) εσονται λοιμοι Matth. 24, 7. *Ecce ego induco, inquit Dominus, super terram mortem et interitum* 4 Esdr. 15, 5. *Mortui sicut stercora proiicientur. Derelinquetur enim terra deserta et ciuitates eius dejicientur.* Non *derelinquetur, qui colat terram et qui seminet eam*, 16, 24. 25. cf. 33 sqq. Pesikta Rabbathi fol. 2, 1. et 28, 3. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 519.

9) Και εςαι επι της γης συνοχη εθνων εν απορια, — αποψυχοντων ανθρωπων απο φοβȣ και προσδοκιας των επερχομενων τη οικȣμενη Luc. XXI, 25. 26. Cf. Sanhedrin fol. 98, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 519.

10) δια το πληθυνθηναι την ανομιαν, ψυγησεται ἡ αγαπη των πολλων Matth. 24, 12. *Multiplicabitur injustitia super hanc, quam tu vides et super quam audisti olim* 4 Esdr. 5, 2. *Non miserebitur homo proximum suum* 15, 19. בעקבות משיחא חוצפא יסגא *Paulo ante aduentum Messiae impudentia augebitur,* Mischnah Sota c. IX. §. 15. Cf. Surenhusii Obseruat. 29. T. 3. p. 319. אנשי הגבול יסובבו מעיר

מעיר לעיר ולא יחוננו *viri insignes oppidatim circumibunt, nec vlla humanitatis officia experientur,* Mischnah ibid. Schir Hasschirim Rabba fol. 15, 3. Sohar Num. fol. 102. col. 407. Sanhedrin fol. 97, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 516 — 518.

11) διαμερισθησονται πατηρ εφ' ὑιῳ, και ὑιος επι πατρι, μητηρ επι θυγατρι και θυγατηρ επι μητρι, πενθερα επι την νυμφην αυτης και νυμφη επι την πενθεραν αυτης; cf. Matth. X, 35. Mischnah l. c. בן מנוול אב בת קמה באמה כלה בחמותה אויבי איש אנשי ביתו פני הדור כפני הכלב *Filius irritabit patrem, filia insurget aduersus matrem nurusque contra socrum; inimicos suos quisque habebit domesticos suos; facies illius saeculi erit canina.* Schir Hasschirim fol. 15, 3. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 517.

12) ἡ αποστασια 2 Thess. 2, 3. το πνευμα ῥητως λεγει, ὁτι εν ὑστεροις καιροις αποστησονται τινες της πιστεως, προσεχοντες πνευμασι πλανοις και διδασκαλιαις δαιμονιων 1 Tim. IV, 1. *Abscondetur veritas et sterilis erit a fide regio* 4 Esdr. V, 1. זמנא דלא

 אשתכח

אשתכח מהימנותא האמת תהא נעררת *tempus, in quo haud reperitur fides; veritatis erit defectus*, Mischnah l. c. Sohar Gen. fol. 118. col. 467.

13) Πολλοι ελευσονται λεγοντες: εγω ειμι ὁ Χριϛος, και πολλȣς πλανησȣσι. — πολλοι ψευδοπροφηται εγερθησονται και πλανησȣσι πολλȣς. — εγερθησονται ψευδοχριϛοι και ψευδοπροφηται, και δωσȣσι σημεια μεγαλα και τερατα, ὡϛε πλανησαι, ει δυνατον, και τȣς εκλεκτȣς Matth. 24, 5. 11. 24. Cf. 2 Petr. 2, 3. et Sanhedrin fol. 97, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 513.

14) חכמות סופרים תסרח ויראי חטא ימאסו *Sapientia Magistrorum foetebit et a delictis sibi cauentes spernentur*, Mischnah l. c. Sanhedrin fol. 97, 1. Schir Hasschirim rabba fol. 15, 3. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 513. et 516.

15) Sohar fol. 313. עקתין על עקתין לישראל *Angustiae super angustias erunt Israeli.* Midrasch Tehillim ad Ps. 45, 1. fol. 23, 2. Sanhedrin fol. 97, 1. Pesikta Rabbathi fol. 2, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 510. 515.

Cf.

Cf. *Raymundi Martini* Pugio fidei Lips. et Françof. 1687. fol. p. 405.

16) Cf. Matth. 24, 15. Luc. XXI, 24. Fluxit haec opinio ex historia *Antiochi Epiphanis*, ex qua omnis haec res et multa alia accepit, quibus sensim sensimque in molestam suam molem excreuit.

17) ἐσονται σεισμοι κατα τοπȣς Matth. 24, 8. *Terra tremuit et fundamenta eius, mare fluctuat de profundo et fluctus eius disturbantur* 4 Esdr. 16, 12. Sohar Num. fol. 3.

18) φοβητρα σημεια απ᾽ ȣρανȣ μεγαλα εϛαι. εϛαι σημεια εν ἡλιω και σεληνη και αϛροις Luc. 21, 11. 25. *Ecce nubes ab oriente et a Septentrione vsque ad meridianum, et facies earum horrida valde, plena irae et procellae. Et collident se inuicem, et collident sidus copiosum super terram et sidus illorum, et erit sanguis a gladio vsque ad ventrem. Et fimus hominis vsque ad substramen cameli, et erit timor et fremor multus super terram. Et horrebunt, qui videbunt iram illam et tremor apprehendet illos; et post haec mouebunt nimbi copiosi, a meridiano et septentrione, et* por-

portio alia ab occidente: et superinualescent venti ab oriente, et recludent eam, et nubem, quam suscitaui in ira, et sidus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum et occidentem violabitur. Et exaltabuntur nubes magnae et validae plenae irae, et sidus, vt exterreant omnem terram et inhabitantes eam, et infundent super omnem locum altum et eminentem sidus terribile. 4 Esdr. 15, 34 — 40. Sohar fol. 3, 3. יתחזי חד עמודא דאשא קאים מעילא לתתא ארבעין יומין וכל עמים דעלמא חמאן ליה: לבתר ארבעין יומין ועמודא יקום מארעא לשמיא לעיניהון דכל עלמא: *adparebit columna ignea a summo ad imum pertingens per quadraginta dies et omnes terrae populi illam contemplari poterunt; — — praeterlapsis quadraginta diebus columna iterum surget e terra in coelum coram oculis totius mundi.*

19) ει μη εκολοβωθησαν ἁι ἡμεραι εκειναι, ουκ αν εσωθη πασα σαρξ. δια δε τους εκλεκτους κολοβωθησονται ἁι ἡμεραι εκειναι Matth. 24, 22.

§. 1

§. 14.

Stella Messiae.

Quam secundo loco signorum aduentum Messiae annuntiaturorum Judaei habebant, *stellam quandam, aliquod tempus ante Messiam natum in plaga coeli orientali exoriundam* et fulgore suo eximio caeteras longe superaturam [1]), tanti faciebant et indicio tam certo et fallere nescio ipsis esse putabant, vt eius mentionem injecturi duntaxat κατ᾽ ἐξοχὴν *de stella Messiae* [2]) loquerentur. Cui opinioni animis informandae locus ille Num. XIV, 17., a Targumistis jam ad Messiam relatus, ansam dedisse videtur [3]). Memorant autem libri judaici praeter illam adhuc alius cuiusdam φαινομενȣ, quod igneo suo splendore totum coelum perlustrans [4]) hominibus natales Messiae palam facturum sit [5]).

1) Sohar part. 2. fol. 3. c. 5. edit. Amst. ומשיח יתגלי יקום מסטר מורח חד ככבא מלהטא בכל גוונין ושבעה ככבין אחרונין דסחרן לההוא ככבא ויגיחון ביה קרבא בכל סטרין

סטרין תלת זמנין ביומא עד שבעין יומין וכל בני עלמא חמאן: וההוא ככבא יגיח בהו קרבא בטוסין דנורא מלהטין מנצצין בכל עבר ובשט בהו עד דבלע לון בכל דמשא ורמשא וביומא אפיק לון ויגיחון קרבא לעיניהון דכל עלמא וכן בכל יומא עד שבעין יומין לבתר שבעין יומין יתגנז ההוא ככבא: *et quando reuelabitur Messias, orietur e plaga orientali stella quaedam super omnem modum radians, et septem stellae aliae circumdantes hanc stellam pugnam inibunt contra illam ab omni latere, tribus quotidie vicibus per septuaginta dies, intuentibus id terrae incolis omnibus. Atque haec stella etiam pugnabit flammis igneis, radiantibus et scintillantibus vndique, et percutiet illas (stellas) vsque dum consumserit easdem, qualibet vespera. Interdiu producet illas, pugnamque committent in conspectu vniuersi orbis terrarum, atque ita quotidie per septuaginta dies, quibus praeteritis occultabitur iterum stella.* Sohar part 1. fol. 119. יתגלי מלכא משיחא בארעה דגליל וחד ככבא דבסטר מזרחי בלע שבע ככביא בסטר צפון: *Reuelabitur Messias in terra Galilaea et stella quaedam in plaga orientali existens absorbebit septem stellas in plaga septentrionali.*

2) Matth. 2. 2. ειδομεν αὐτȣ (τȣ βασιλεως των Ιȣδαιων) τον αςερα εν τη ανατολη. *Testament. XII Patriarcharum:* τοτε εγερει κυριος ἱερεα καινον, ᾧ παντες ὁι λογοι κυριȣ αποκαλυφθησονται. — Και ανατελει αςρον αυτȣ εν ȣρανω etc. Fabric. Cod. Pseudepigr. V. T. T. I. p. 586. Pesikta Sotarta ad Num. XXIV, 17. fol. 58, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 531. —

3) *Baueri Theologie des alten Testaments p.* 421.

4) Sohar loc. excit. col. 3. ושלהובא דאשא אוכמא תהא תליא ברקיעא שתין יומין וקרבין בעלמא דסטר צפון: *et flamma ignis nigrescentis in expanso pendebit per sexaginta dies bellaque fient in mundo versus plagam septentrionalem.*

5) Videtur haec res narrationi illi mythicae de pastoribus τη δοξη κυριȣ περιλαμπομενοις et πληθος ςρατιας ȣρανιȣ intuentibus atque ex his φαινομένοις coelestibus τεχθηναι σημερον σωτηρα, ὅς εςι χριςος κυριος εν πολει Δαβιδ, colligentibus aliquantulum lucis ac-

can-

cendere et origini suae e primis initiis repetendae viam certam sternere atque munire.

§. 15.

Elias, Moses, Jeremias, Jesaias rediuiui, praecursores et adjutores Messiae.

Quum olim Malachias propheta, vt sibi aliisque spem salutis populi sui publicae per Messiam restaurandae certiorem et firmiorem faceret, poetarum more, qui personas in eum finem sibi fingere solent, vt eae, quibus describendis operam nauant, res sub adspectum quasi cadant, virum quendam diuinitus missum, Messiae Domino excellentissimo, vt consiliis suis saluberrimis bene prospereque vti possit, viam straturum ac muniturum laudauerat [1]), atque subinde [2]), vt animos lectorum homini cuidam morum strenuitate, sermonis grauitate mentisque constantia post fata longe celebratissimo infigeret, *Eliam* prophetam [3]), *hominem* puta *pium ac sanctum*, *hisce prae*-

cla-

claris, quibus Elias olim excelluit, virtutibus ornatum [4]), huic insigni praecursoris Messiae muneri ac officio praefuturum esse significauerat; sequiores Judaei, quos et in aliis rebus haud semper, quid intercedat inter historicum et poeticum dicendi genus, bene gnaros fuisse constat, hunc locum propheticum tam sinistre interpretati sunt, vt Eliam illum ipsum paullo ante aduentum Messiae in orbem terrarum vere rediturum et praecursoris (קָדֵם) eius prouincia perfuncturum putarent [5]). Id cum statuerent, omnino habuerunt, quod Eliam in coelis Deo ab intimis esse consiliis [6]) et felicitatem genti judaicae per Messiam parandam sollicite curare [7]) sibi persuaderent illumque laudibus sat multis extollerent [8]). Vti autem id generatim muneris eius esse ducebant, vt hominibus aduentum Messiae paullo post futurum annuntiaret [9]), has singulares adhuc partes ei detulerunt, vt scilicet Israelitas ad poenitentiam excitaret [10]), in concordiam et amicitiam

eos

eos reduceret [11]), ruinas patriae, doctrinam adulteratam et vitiatam, cultum sacrum publicum a grauitate et simplicitate antiqua degeneratum, moresque deprauatos in pristinum suum habitum ac statum reformaret [12]), lites legis peritorum componeret [13]), Messiam sacro oleo ablueret illumque inauguraret [14]), atque hominum animos operi diuinitus illi demandato rite perficiendo idoneos et aptos faceret [15]). In hoc vnico autem viro, scientiae et pietatis laude florentissimo paullo ante aduentum Messiae in vitam terrestrem redituro, non acquiescere potuit Judaeorum credulitas; quandoquidem loci Jesaiani LII, 6—9. ad puluisculum excussi authoritas in eam istos adduxit sententiam, vt elucescente aetate messiana praeter Eliam adhuc tres alios antiquos prophetas, haud minori sapientiae et probitatis laude conspicuos, e mortuis resurrecturos et Messiam in suscipiendo et gerendo negotio suo saluberrimo adjuturos esse autumarent. Non est, quod

quod miremur, prae cunctis aliis *Mosen* [16]), conditorem gentis israeliticae meritissimum, hoc honore decoratum esse, vtpote cui merito jureque contingeret, vt Messiae, priusquam opus suum quam maximum in terris adgrederetur, praesens adsit atque cum eo, socio Elia, in consilium eat [17]). Minore quidem, verumtamen eximia, auctoritate polluit *Jeremias* propheta, cuius memoriam vt pia mente Judaei sequiores semper recolerent illumque sensu eminentiori *τον τȣ Θεȣ προφητην* [18]) adpellarent, id vnum illis jam satis causae praebuit, quod hic propheta, inconcusso erga populares suos adhuc in laetis et amoenis coelitum contuberniis amore flagrans, ex vulgari et communi sententia intercessoris pro iis personam apud Deum ageret et perpetuis precibus supplex illum adiret, vt praedictionibus suis, ad reficiendos exsulum animos meliorumque temporum spe recreandos olim palam factis, exitum daret [19]). Quae cum ita fuerint, non longe quaeramus,

qui

qui factum sit, vt Judaei etiam *Jeremiam* praecursoribus et adjutoribus Messiae in hanc vitam redituris socium adjungerent [20]). Vltimo loco nominandus est *Jesaias* [21]), quem ob multa praeclara de Messia olim venturo vaticinia, libro, qui sub nomine eius circumfertur, comprehensa, sibi adeo commendatum habebant [22]), vt, quem pari honore ac priuilegio adficerent, dignum illum judicarent. Videntur tamen inter Iudaeos fuisse, qui praeter hos cum maxime memoratos celebrioris nominis prophetas adhuc alios [23]) ineunte aetate messiana sedes coelestes jam relicturos et vitam terrestrem denuo subituros esse exspectatione ac spe tenerentur.

1) Mal. III, 1.

2) v. 23.

3) 1 Reg. c. 17—19. 2 Paral. XXI, 12 sqq.

4) *Pauli Kommentar zum N. Test.* T. 1. ed. 2. p. 873.

5)

5) τι ουν ὁι γραμματεις λεγουσιν, ὁτι Ηλιαν δει ελθειν πρωτον; Matth XVII, 10. 11, Ηλιας, ὁ μελλων ερχεσθαι XI, 14, Marc. VI, 15, VIII, 28. Luc. IX, 8, 19. Targ. Jonath. Ex. XL, 10. Ηλιας — ὁ καταγραφεις εν ελεγμοις εις καιρους, κοπασαι οργην προθυμου, και επιστρεψαι καρδιαν πατρος προς ὑιον, και καταστησαι φυλας Ιακωβ. Μακαριοι, ὁι ιδοντες σε, και ὁι εν αγαπησει κεκοσμημενοι. και γαρ ἡμεις ζωη ζησομεθα, Sirach XLVIII, 10. 11. Jalkut Schimuni fol. 53. c. 3. בשעה שהקב'ה גאל את ישראל ג' ימים קודם שיבוא משיח בא אליהו ועומד על־הרי ישראל ובוכה ומספיד עליהם ואומר להם הרי ארץ ישראל עד־מתי אתם עומדים בארץ ציה ושממה וקולו נשמע מסוף העולם ועד סופו ואחר כך אומר להם בא שלום לעולם בא שלום לעולם שנ' מה נאוו על־ההרים רגלי מבשר משמיע שלום: *Tempore eo, quo Deus S. B. liberabit Israelem, tres dies ante aduentum Messiae veniet Elias et stabit super montibus Israelis gemendo et lugendo propter illos et dicendo: quousque vos vultis stare in terra arida et de-*

deuastata! Vox autem eius audietur ab vno mundi fine ad alterum, et postea dicet ad illos: venit pax mundo, sicuti dictum est (Jes. 52, 7.): *quam pulcri sunt super montibus pedes nuntiantis, pacem palam facientis. Mos. Maimonides in Jad Chazakah* tr. de Regibus c. 12. יש מן החכמים שאומרים שקודם ביאת המלך המשיח יבוא אליהו וכל אלו הדברים וכיוצא לא ידע אדם היאך יהיו עד שיהיו שדברים סתומים הם אצל הנביאים: *Sunt e sapientibus, qui dicant, ante aduentum Messiae venturum esse Eliam. Verum haec omnia aliaque similia nemo nouit, quomodo futura sint; donec extiterint; haec enim occulta sunt apud prophetas.* Cf. *Lightfoot* ad Matth. XVII, 10. *p.* 384 sqq.

6) Midrasch Ruth ad cap. II, 14.

7) Sanhedrin fol. 98, 1. Pirke R. Elieser c. 29. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 490. et 533.

8) Sirach XLVIII, 1—9.

9) Pesikta sotarta ad Num. XXIV, 17. fol. 58, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. p. 97.

10)

10) Pirke R. Elieser c. 43. אין ישראל עשים תשובה גדולה עד שיבא אליהו. Luc. I, 16. πολλȣς τῶν ὑιων Ισραηλ επιςρεψει επι κυριον τὸν Θεον αυτων.

11) Luc. I, 17. προελευσέται — επιςρεψαι καρδιας πατερων επι τεκνα; cf. Mal. III, 24.

12) Marc. IX, 12. Ηλιας ελθων πρωτον, αποκαθιςα παντα. Male hoc a nonnullis interpretibus refertur ad αποκαταςασιν παντων, de qua re infra suo loco (§. 45.) disseremus.

13) Hanc ob rem Rabbinis trita est haec formula: דא תהא מונח עד שיבוא אליהו *hoc in medio est relinquendum, vsque dum venerit Elias.* Baua Metzia cap. 3. in Misna.

14) Justin. Dial. cum Tryph. p. 268. παντες ἡμεις τον χριςον ανθρωπον προsδοκȣμεν γενεsθαι και τον Ηλιαν χρισαι αυτον ελθοντα; p. 226. Χριςος ει και γεγεννηται και εςι πȣ, αγνωςος εςι, και ȣδε αυτος πω ἑαυτον επιςαται, ȣδε εχει δυναμιν τινα, μεχρι ανελθων Ηλιας χριση αυτον και φανερον πασιν ποιηση.

15) Luc. I, 17. προελευσεται ενωπιον αυτȢ ἐν πνευματι και δυναμει ΗλιȢ, ἑτοιμασαι Κυριω λαον κατεσκευασμενον. *R. Saadias Gaon* in Haëmunoth tr. 8. קודם לו למשיח בן דוד יהיה כשליח לו וכמתקן האומה וכמסתקל הדרך: Elias *praecursor Messiae Dauidae erit, quasi legatus eius, quasi disponens populum et expurgans viam.* Tanchuma fol. 66, 1. Pesikta Rabbathi fol. 62, 1. apud *Schoettgenium* T. 2. *p.* 534.

16) Debarim rabba sect. 3. fol. 255, 2. Tanchuma fol. 42, 1. apud *Schöttgenium* T. I. p. 148. et T. 2. p. 544.

17) Luc. IX, 30. ανδρες δυο συνελαλȢν αυτω, ὁιτινες ησαν Μωσης και Ηλιας· ὁι οφθεντες εν δοξη, ελεγον την εξοδον αυτȢ, ἥν εμελλε πληρȢν εν ἹερȢσαλημ. Hanc narrationem mythicam ornatum suum maxime ex hac opinione accepisse, per se liquet.

18) 2 Macc. XV, 14.

19) ὁ φιλαδελφος ȣτος εςιν ὁ πολλα προσευχομενος περι τȢ λαȢ και της ἁγιας πολεως, Ιερεμιας 2 Macc. XV, 14. cf. *Daniel*

aus

aus dem Hebräisch-Aramäischen übersetzt von *Bertholdt*, T. 2. p. 626.

20) Matth. XVI, 13. 14. τινα με λεγουσιν οἱ ανθρωποι ειναι; οἱ δε ειπον· οἱ μεν Ηλιαν, ἑτεροι δε, Ιερεμιαν. 4 Esdr. II, 18. *Mittam tibi adjutorium, pueros meos Isaiam et Jeremiam, ad quorum consilium sanctificaui et paraui tibi arbores duodecim, grauatas variis fructibus.* Joh. I, 22. ὁ προφητης ει συ; και απεκριθη· ου. Cf. v. 25. VII, 40. πολλοι εκ του οχλου ελεγον. οὑτος εστιν αληθινως ὁ προφητης; Marc. VI, 15. Qui his locis κατ' εξοχην nominatur ὁ προφητης et a Messia Eliaque distinguitur, nullum alium esse quam Jeremiam patet ex 2 Macc. II, 1. ad quem locum respiciunt, quae habet *Josephus Gorionides* I, 17.: *Arca non aderat, quia abstulerat eam Jeremias propheta, vna cum omnibus cortinis, quas fecerat Moses seruus Domini in deserto, et posuit eas in monte Nebo, vbi inuenit speluncam, in cuius concauitate posuit eas. Cumque sequerentur sacerdotes, qui fuerant in diebus illis, prophetam, vt aduerterent locum, respiciens Jeremias post se et videns eos, iratus jurauit dicens: nemo ho-*

hominum sciet locum, donec venero Ego et Elias. Cf. *Wetstenii* Nou. Test. T. I. p. 430.

21) 4 Esdr. II, 18. vid. not. 20).

22) Non abs re esse videtur, hoc loco monuisse, quod Judaeo-Christiani eamdem rationem sequuti hunc prophetam τον ευαγγελιςην nominauerint.

23) Matth. XVI, 14. ειπον· οι μεν Ιωαννην τον βαπτιςην· αλλοι δε, Ηλιαν· ἑτεροι δε, Ιερεμιαν, η ἑνα των προφητων. Marc. VI, 15. αλλοι ελεγον. ὁτι Ηλιας εςι, αλλοι δε ελεγον· ὁτι προφητης εςιν, η ὡς ἑις των προφητων, cf. VIII, 28. Luc. IX, 8. διηπορει δια το λεγεσθαι ὑπο τινων· ὁτι Ιωαννης εγηγερται εκ νεκρων· ὑπο τινων δε, ὁτι Ηλιας εφανη, αλλων δε, ὁτι προφητης ἑις των αρχαιων ανεςη; cf. V, 19. vid. supra not. 20).

§. 16.

§. 16.

Antichristus.

Ex eo tempore, quo Judaei sublimiori Babyloniorum Persarumque doctrina imbuti philosophiam suam dualismi legibus ac praeceptis superstruerent, omnia, quae explorata et perspecta habebant, e contraria simul parte solebant considerare, quo factum est, vt Messiae olim venturo κακοδαιμονα quemdam corpore humano amictum [1]) se oppositurum esse putarent illumque τον Αντιχριστον [2]) nominarent. De eo [3]) auten, vt rem singulatim expendamus, id statuerunt, quod humanas suas origines e tribu Danitarum improbitatis infamia jam a longo tempore adspersa tracturus [4]) parentibusque omnium hominum longe nequissimis et sceleratissimis vsurus [5]), diebus nouissimis [6]), επι τη συντελεια τȣ αιωνος [7]), id est, aliquod tempus ante Messiae aduentum surrecturus, Israelitarum miseros et exsecrabiles istos, qui a felicitate regni messiani justo Dei de-

decreto exclusi in aeternum irruunt exitium [8]), astutia sua callidissimisque artificiis ad idololatriam seducturus [9]) omniumque idololatrarum caput et princeps exstiturus [10]) atque sibi ipsi nomen diuinum honoremque vindicaturus [11]), ope Satanae multa miracula patraturus [12]), hancque ob caussam acerbissimam cum Elia praecursore Messiae contentionem subiturus [13]), tandem vero singulari fato eo peruenturus sit, vt a Messia Dauida morte adficiatur [14]), quo facto initia regni messiani ponerentur [15]). Vt autem imaginem Antichristi hisce coloribus exspingerent et ornarent, Antiochum Epiphanem [16]) cum primis ceu πρωτοτυπον ante oculos habuisse videntur, quam ob caussam etiam illum inhonestis et contumeliosis τȣ ανθρωπȣ της ἁμαρτιας [17]), τȣ ὑιȣ της απωλειας [18]), τȣ ανομȣ [19]), τȣ της αποςασιας ανθρωπȣ [20]), τȣ ψευδοπροφητȣ [21]), τȣ ψευςȣ [22]) nominibus adficiebant.

1) Προ της δεσποτικης επιφανειας ἥξει φυσιν ανθρωπειαν ὑποδυς ὁ των ανθρωπων αλαστωρ ὁ αντιθεος δαιμων, ὁ της θειας προσηγοριας ληστης, *Theodoret.* Epit. diuin. decret. c. 23. p. 300. Ecclesiae patres chiliasmi nebula circumfusi hac in re vestigia Iudaeorum diligenter premere solent, ita vero, vt, quae Judaei de primo Messiae aduentu praecipiebant, ad παρουσιαν Χριστου referrent. Cf. *Suiceri* Thesaurus ecclesiasticus p. 389.

2) ηκουσατε, ὁτι ὁ αντιχριστος ερχεται 1 Ioh. II, 18. השטן זה שהאומות קורין אותו אנתקרישטוס *hic erit aduersarius, quem populi nominabunt Antichristum;* Abkat Rochel lib. I. part. I. apud *Eisenmenger* P. 2. p. 704.

3) Post Hierosolymorum euersionem a scriptoribus judaicis plerumque *Armillus* (ארמילוס) adpellatur, de quo nomine eiusque singulari ratione et consilio nil constat. Scatet vero omnis haec res, vti a recentioribus Iudaeis pertractatur, nugis fictisque fabulis, quas vide in Abkat Rochel p. 51. sqq. edit. Huls., quem librum excerpsit *Eisenmengerus* T. II. p. 704 sqq.

4)

4) εκ της τȣ Δαν φυλης ὁ αλαςωρ τεχθησεται, ὁ Χριςον μεν ἑαυτον ονομαζων, ταναντια δε τη προσηγορια διαπραττομενος και σφετεριζομενος τα μηδαμοθεν προσηκοντα, *Theodoret.* Quaest. III. in Numer. p. 142.

5) רשעי אומות העולם Abkat Rochel loc. laud.

6) εσχατη ὡρα 1 Ioh. II, 18.

7) *Johannes Damasc.* Fid. orthod. lib. 4. c. 27. p. 389.

8) ὁι απολλυμενοι 2 Thess. II, 10.

9) 2 Thess. II, 10. 11. Apoc. XIX, 20. cf. *Gregor. Nanzian.* Orat. 47. p. 724. *Theodoret.* ad 2 Thess. II, 11.

10) ראש דכל עבודה זרה Sepher Serubabel apud *Eisenmengerum* T. 2. p. 708.

11) 2 Thess. II, 4. ὁ αντικειμενος και ὑπεραιρομενος επι παντα λεγομενον Θεον η σεβασμα, ὡςε αυτον εις τον ναον τȣ Θεȣ, ὡς Θεον, καθισαι, αποδεικνυντα ἑαυτον, ὁτι εςι Θεος.

12)

12) ὃ ἐστιν ἡ παρουσια κατ᾿ ἐνεργειαν του Σατανα, εν παση δυναμει και σημειοις, και τερασι ψευδους 2 Thess. 2, 9. ὁ ψευδοπροφητης, ὁ ποιησας σημεια Ap. XIX, 20.

13) αποστελει (ὁ κυριος) τον Θεσβιτην Ηλιαν, και εξαπατην διελεγχοντα την εκεινου (του αντιχρ.), και την σωτηριον αυτου προμηνυοντα παρουσιαν, *Theodoret.* Epit. diuin. decret. c. 23. p. 302.

14) αποκαλυφθησεται ὁ ανομος, ὁν ὁ Κυριος αναλωσει τω πνευματι του στοματος αυτου; 2 Thess. II, 8. ארמילוס הרשע שכביאת משיחנו יהרג כאמרו יברוח שפתיו ימית רשע: *Armillum improbum, dum advenerit Messias noster, occidet, sicut dictum est* (Ies. XI, 4.): *cum halitu labiorum suorum interficiet improbum.* Zeror hammaor fol. 144. col. 3.

15) ואחר כך יבוא לפניו מנחם (משיח) ויפח באפיו וימיתהו כמו שנאמר (Ies. XI, 4.) וברוח שפתיו ימית רשע ואחר כך והיתה ליי" המלוכה. *Post haec veniet coram facie eius (Antichristi) consolator (h. e. Messias) et spira-*

rabit naribus suis et morte illum adficiet, sicuti dictum est (Ies. XI. 4.); *cum halitu labiorum suorum interficiet improbum, quo facto, Iehouae erit regnum.* Sepher Serubabel apud *Eisenmengerum* T. 2 p. 709.

16) cf. Dan. XI, 21 — 45. *Schmidtii Bibliothek für Kritik, Exegese etc.* T. 1. p. 25 sq.

17) 2 Thess. II, 3. cf. *Koppe* ad h. l. et Excursum II. ad 2 epist. ad Thessalonicenses p. 112 sqq. *Thiess über die Unvereinbarkeit der geistlichen und weltlichen Macht. Ein praktischer Commentar über* 2 Thess. II, 1 — 12. Kil. 1809. 8. p. 18 sqq.

18) 2 Thess. II, 3.

19) 2 Thess. II, 8.

20) *Iustin. Dial.* c. Tryph. apud *Suicerum* p. 390.

21) Apoc. XVI, 13. XIX, 20.

22) 1 Ioh. II, 22.

§. 17.

§. 17.

Messias ben Joseph et Messias ben Dauid.

Aliquod tempus post Apostolorum aetatem scriptores judaici de duobus Messiis, *ben Joseph vel Ephraim* altero, alteroque hoc multum maiore et digniore *ben Dauid* coeptant loqui [1]); cuius rei causam facili negotio viri docti exploratam habere potuissent, si ad Samaritanorum Christologiam (§. 7.) adscendere voluissent. Nam quem hi scriptores aliique [2]) longo agmine ad nouissima vsque tempora iis succedentes sub nomine ben Joseph a successore eius Messia ben Dauid distinguere solent, plane eundem esse ac Messiam Samaritanorum luculenter ex eo patet, quod illum origines suas e tribu Ephraim [3]) regiaque Ierobeami prosapia [4]) habiturum, curamque omnem et laborem in detrimenta dynastiae dauidicae per hunc eumdem Ierobeamum defectionemque decem tribuum suis auspiciis factam olim adlata sarcienda et reconcinnanda [5]) impensurum, de-

cem

cem scilicet tribus longe lateque dispersas reuocaturum [6]) et in Galilaea [7]) primorum exsulum suspiriis olim personante [8]) collecturum inque eas per aliquod tempus summa auctoritate dominaturum [9]), postea autem ad Hierosolyma, noui regni dauidici sedem, eas ducturum atque sub Messiae Dauidae summum imperium ditionemque subjuncturum [10]), tandem vero ex justo Dei decreto propter *Ierobeami peccatum* (חטא ירבעם) [11]) mortem violentam passurum esse [12]) vnanimiter putant. Quae cum ita sint, nemo non videt, Christologiam Samaritanorum successu temporis translatam esse ad Iudaeos animisque illorum sensim sensimque exspectationem duorum Messiarum instilasse. Quamuis autem hoc jam Jesu Apostolorumque aetate accidisse argumentis vllo modo certis haud probari possit, id tamen illi aeuo videtur esse vindicandum, quod doctrina Samaritanorum ad nonnullos jam Iudaeos propagata fuerit atque effecerit, vt ipsorummet formulae messianae quosdam passim

sim nouos colores adspergerent et de quibusdam rebus alii aliter statuerent. Id quod e sequentibus luculenter adparebit.

1) תרין פריקיך דעתידין למפרקיך משיח בר דוד ומשיח בר אפרים דמין למשה ואהרון *duo saluatores tui, qui te saluaturi sunt, Messias filius Dauid et Messias filius Ephraim, similes sunt Mosi et Aaroni.* Targ. Cant. IV, 5. VII, 3. -- יפיק בההוא דומא משיחא דדויד --- וההוא לא ישתאר בלחודוי ותכליל ביה משיחא אחרא בריה דיוסף exibit hoc tempore Messias ben Dauid; haud tamen solus relinquetur, sed adjungetur ipsi Messias alter, filius Iosephi. So*h*ar part. 3. fol. 82. b. edit. Salzb. cf. *Sommer* l. c. p. 91 sqq. *Schoettgeni* Horr. hebrr. T. 2. 267. 365.

2) *Corrodi* krit. Gesch. d. Chiliasmus. T. 1. p. 301 sqq.

3) Menorath Hammaor fol. 81. col. 2. אמרו רבותיבו שמלך אחר שאינו מזרע דוד יקדימנו ויקראוהו משיח בן יוסף *rabbini nostri dicunt, regem alium haud e semine Dauidis oriundum praeiturum eum (Messiam Daui-*

uidam) esse, atque illum nominant Messiam ben Ioseph. Emeck Hammelech fol. 135. col. I. משיח בן יוסף משבט אפרים. Maschmia Ieschua fol. 74. col. 1. יהיה המשיח ההוא משבט אפרים שהוא משבט יוסף. Targ. Ionath. Gen. 48, 19. Inde etiam ille accepit nomen Ben Ephraim, quod cum altero nomine *Ben Ioseph* a Iosepho patre Ephraimi parto, promiscue adhibetur: Mikueh Israel fol. 48. col. 1. גם נוכל לומר שלכך נקרא בן אפרים שהוא נולד משבט אפרים, *etiam dicere possumus, illum (Messiam ben Ioseph) eam ob causam ben Ephraim nominari, quia e tribu Ephraim nasciturus est.*

4) Emek hammelech fol. 137. col. 3. משוחא דא משבטא דאפרים הוא ומזרעא דירבעם *hic Messias oriundus erit e tribu Ephraim et quidem e prosapia Ierobeami.*

5) Schene luchoth habberith fol. 242. col. 1. מתחילה יבא משיח בן יוסף ואחר כך משיח בן דוד ואז יתקן בית יוסף מה שקלקלו בהתחלקות מלכות בית דוד כי לא יבא משיח בן יוסף לעורך עצמו רק יבא בשביל משיח בן דוד *primum veniet Messias ben Joseph et post-*

postea Messias ben Dauid, atque tunc restituet domus Josephi, quod per scissionem regnorum in detrimentum domus dauidicae fecit; etenim Messias ben Joseph non venit in suam ipsius vtilitatem; sed veniet propter Messiam Dauidam.

6) *Majene Jeschua fol. 76. col. 2.* יתגלה המשיח ומזרה ישראל יקבצנו *reuelabitur Messias (Josephida) et is (Deus), qui Israelitas dispersit, congregabit illos.* Mikueh Israel fol. 48. col. 2. ואלה (עשר) השבטים יתקבצו מארבע חקלי העולם ויסו אל שתי הארעות אשור ומצרים שהם קרובות לארץ הקדושה ומשם יוכלו לבוא לארץ אבותם בזמן מועט *hae (decem) tribus congregabuntur inde a quatuor partibus mundi, et proficiscentur in Assyriae et Aegypti terras terrae sanctae vicinas, e quibus in terram patrum suorum breui tempore possunt venire.* Mikueh Israel fol. 47. *col.* 2. עשרת השבטים יסעו לארץ הקדושה על־יד שר וראש אחד משיח בן יוסף *decem tribus proficiscentur ad terram sanctam ductu principis ac capitis vnius, Messiae ben Joseph.*

7) Pesikta Sotarta fol. 58. col. 1. 2. יהיו ישראל מקובצין בגליל העליון ויצפה עליהם שם בן יוסף · מתוך הגליל והם עולים משם וכל ישראל עמו לירושלים *congregabuntur Israelitae in Galilaea superiori atque ibi, in medio Galilaeae, eos auide exspectabit Messias ben Joseph et omnes Israelitae istinc cum eo proficiscentur ad Hierosolyma.*

8) Jalkut chadasch fol. 142. col. 4. משיח (בן יוסף) יתגלה תחילה בגליל כי שם התחיל הגלות *Messias Josephida primum reuelabitur in Galilaea, nam ibi initium cepit captiuitas;* cf. loc. sohoric. infra §. 19. not. 2. exscriptum.

9) Mikveh Israel fol. 48. col. 1. יהיה ראש על כל עשרת השבטים המכונים בשם אפרים בכל המקרא *Messias ben Joseph erit caput super decem tribus, quae in tota scriptura Ephraim nominantur.*

10 Cf. locc. sub siglis 5 et 7. exhib.

11) Cf. 1 Reg. XII, 30. XIV, 16.

12) Jalkut chadasch fol. 141. col. 4. משיח בן יוסף שידקר בחרב של גוג ומגוג הוא בשבל חטא ירבעם *Messias Josephida confodetur gladio*

dio Gogi et Magogi idque propter peccatum Jerobeami.

§. 18.

Duplex Judaeorum de natalibus Messiae sententia.

Quamuis Jesu Apostolorumque aetate Judaeorum longe plurimi exemplum maiorum suorum constanter secuti Messiam e tribu Juda [1]), familia autem dauidica [2]) oriundum esse et Bethlehemi [3]) in lucem vitae susceptum iri pro certo haberent; tamen vero et alios fuisse, qui Messiam venturum originem suam ex stirpe alia eaque prorsus ignota [4]) ducturum esse assererent, dubio caret. Minime autem mirari subit, qui factum sit, vt in hanc contrariam sententiam abirent, cum aliena a vulgari formula messiana notio e riuulis Samaritanorum in prata sua deriuata originis dauidicae notam animo expunxit, et, quo minus genus Messiae ad ipsam tribum Ephraim atque Jerobeami prosa-

 piam

piam referrent [5]), salutis publicae ratio prohibuit.

1) Apoc. V, 5. ὁ λεων ὁ ων εκ της φυλης Iȣδα.

2) Apoc. V, 5. ἡ ῥιζα Δαβιδ; Math. XXII, 42. τι ὑμιν δοκει περι τȣ χριϛȣ; τινος ὑιος εϛι; λεγȣσιν αυτω· τȣ Δαβιδ. Luc. II, 32. δωσει αυτω κυριος ὁ Θεος τον θρονον Δαβιδ τȣ πατρος αυτȣ. Act. II, 30. προφητης (Δαβιδ) ὑπαρχων και ιδων, ὁτι ορκω ωμοσεν αυτω ὁ Θεος, εκ καρπȣ της οσφυος αυτȣ, το κατα σαρκα, αναϛησειν τον Χριϛον, καθισαι επι τȣ θρονȣ αυτȣ. Targ. Jes. XI, 1. ויפוק מלכא מבנוהי דישי ומשיחא מבני בנוהי יתרבי.

3) Math. II, 4. Ἡρωδης επυνθανετο παρ' αυτων, πȣ ὁ Χριϛος γενναται· ὁι δε ειπον αυτω· εν Βηθλεεμ της Iȣδαιας. Joh. VII. 41. 42. αλλοι ελεγον· ȣτος εϛιν ὁ Χριϛος· αλλοι δε ελεγον· μη γαρ εκ της Γαλιλαιας ὁ Χριϛος ερχεται; ȣχι ἡ γραφη ειπεν· ὁτι εκ τȣ σπερματος Δαβιδ και απο Βηθλεεμ της

της κωπης, ὁπȣ ην Δαβιδ, ὁ Χϱιϛος εϱχεται; Targ. Mich. V, 2. ואת בית לחם אפרתא כזער הויתא לאתמנאה באלפיא דבית יהודה מנך קדמיך יפוק משיחא.

4) Vrget jam ista (Matth. XXII, 42.) a Jesu Pharisaeis proposita quaestio, vt id sumatur, et exinde etiam contentio illa (Joh. VII, 43.) inter Judaeos orta causam suam habuit. Joh. VII, 27. *τȣτον* (*Ιησȣν*) *οιδαμεν, ποδεν* (*ὑιος, Ιωσηφ, ȣ ἡμεις οιδαμεν τον πατεϱα και μητεϱα* Joh. VI, 42.) *εϛιν· ὁ δε Χϱιϛος ὁταν εϱχηται, ȣδεις γινωσκει, ποδεν εϛι.* Hebr. VI, 20. VII, 3. *Ιησȣς κατα την ταξιν Μελχισεδεκ αϱχιεϱευς γενομενος· ȣτος γαϱ ὁ Μελχ. — απατωϱ, αμητωϱ, αγενεαλογητος, αφωμοιωμενος τω ὑιω τȣ Θεȣ.*

5) Prius quidem, nec vero posterius Samaritanos fecisse constat, atque in hoc seriores demum Judaei adducti sunt, cum Samaritanorum Messias illos ita arripuit, vt eum, oriundum quippe de tribu Ephraim vel Joseph, sub nomine Ben Joseph vel Ephraim a Messia Ben David discernerent genusque suum, rem ma-

 gis

gis magisque exornaturi, a Jerobeamo, regni israelitici vel samaritani conditore, repeterent.

§. 19.

De Messia infantulo et adulto.

Ex eodem fonte etiam illa sententiarum diuersitas fluxit, quae in eo cernitur, quod alii Messiam jam recens natum et ab incunabulis ab hominibus piis votis salutatum honoribusque publicis et oblationibus ornatum et sub eorum adspectu in maturiorem aetatem dignitatemque ipsi destinatam prouectum iri [1]) statuerent; alii autem illum iam adultum et aetate prouectiorem de improuiso et inopinato se hominibus conspiciendum daturum [2]) et insigni splendore cinctum magnaque cum pompa diuinitus sibi demandatum opus vno quasi ictu adgressurum esse [4]) perhiberent.

1) Gal. IV, 4. *γενομενος εκ γυναικος; γενομενος ὑπο νομον.* Targ. Jon. IX, 6. אמר נביא לבית דוד ארי רבי אתיליד לנא בר אתיהב

אתיהב לנא וקיל אוריתא עלוהי למטרה: Philipp. II, 6. μορφη δουλου λαβων. Matth. II, 2. 4. που εστιν ὁ τεχθεις βασιλευς των Ιουδαιων; που ὁ Χριστος γενναται; cf. Luc. I, 42. 48. Superstruxerunt hanc sententiam locis Ies. VII, 14. IX, 6. 7. ad Messiam relatis, vti videre est ex Matth. I, 22. 23. et Targ. ac *Seder Debarim rabbah* p. 288. col. 1.

2) Matth. XXIV, 23. τοτε εαν τις ὑμιν ειπη ιδου, ὡδε ὁ Χριστος, η ὡδε, μη πιστευσητε; quae Iesu verba quoque hanc opinionem respicere, nemo non videt.

3) Luc. XVII, 20. επερωτηθεις (Ιησους) ὑπο των Φαρισαιων· ποτε ερχεται ἡ βασιλεια του Θεου; *Paulus Kommentar zum N. Test.* ad Joh. VII, 27. *Sohar* Ex. fol. 11. edit. Sulzbacensi. ויתחזי חד עמודא דאשא קאים מעילא לתתא ארבעין יומין וכל עמים דעלמא חמאן ליה בבהוא יומא יתער מלכא משיחא דנפקא מגו גנתא דעדן ויתער בארעא דגליל ——— יתגלי בארעא דגליל בגין דאיהו הוא אתר קדמאה דאתחרבא בארעא קדישא כך יתגלי תמן קדמאה לכל אתר *adparebit columna ignea*

a summo ad imum pertingens, per quadraginta dies, quam omnes mundi populi contemplari poterunt. Atque hoc tempore reuelabitur Rex Messias egrediens ex horto Eden. Reuelabitur autem in terra Galilaea, quoniam illa erat locus primus, qui deuastabatur in terra sancta; quam ob caussam reuelabitur (Messias) ibi primum prae cunctis locis. Hanc ob caussam jam Jesu Apostolorumque aetate dicere soliti sunt de ܓܠܝܢܐ ܕܡܫܝܚܐ αποκαλυψει Χριϛȣ, quam Apostoli ad aduentum Jesu secundum seu reditum eius ad judicium in vniuersum genus humanum habendum retulerunt, cf. 1 Cor. 1, 7. 2 Thess. 1, 7.

§. 20.

De generatione Messiae vel simpliciter vel ex parte hyperphysica.

Neque initia vitae physicae Messiae ab vna eademque causa Judaei repetere solebant, dum alii illam ad amplexum vinculumque parentum naturale, licet vi diuinitus cooperante adjutum, referrent, alii autem, ordine naturae prorsus di-

rem-

remto omnique mulieris opera seclusa, Deum auctorem illius facerent. Enimvero, quo minus Messiae origines mere humanas et a communi hominum nascendi modo nulla ex parte alienas esse statuerent, his duabus rebus prohibiti sunt, quod *primo* jam quemuis hominem, a parentibus sancta mente coeuntibus genitum, spiritu sancto vel vi diuina laudarent procreatum [1]), omnesque, hacce conjuncta Dei et parentum operatione in lucem natos homines ceu γέννηθέντας κατα πνευμα ab aliis, longe plurimis, γεννηθεισι κατα σαρκα [2]), id est, ex sola vtriusque parentis opera conceptis sejungerent. Accedit, quod *secundo* cunctos homines, ingenio, pietate, egregiis consiliis diuinitus probatis ac bene factorum laude insignes aliisque excellentiores haud more solito solisque parentum viribus vtero gigni sed accedente vi Dei ζωοποιȣσῃ [3]) foetus fundi putarunt [4]) His opinionibus ducti Judaeorum ideo pars Messiam, licet a parentibus amplexu mutuo

cir-

circumfusis genitum, tamen vero spiritui sancto, efficaciam suam generationis operi adjungenti primordia vitae debere [5]) perhibuit. In hoc autem reliqua Judaeorum pars, altiora et mirabiliora affectans, haud potuit adquiescere; sed Messiam praeter omnem naturae ordinem a vi summi Numinis πνευματικη [6]) in vtero creatum ex virgine clausa nasciturum esse autumauit [7]). Concinit id cum multorum aliorum priscae aetatis populorum mythis, (qui suos et Deorum filios παρθενογενες habuerunt [8]).

1) Sohar Gen. fol. 314. edit. Sulz. כל אנון הידעין לאתקדשא כד אולידו בר משכין עליה רוח קודשא מאתר דכול קדושין נפקין מיניה ואלין אקרון בנין לקב'ה *omnes qui scite se sanctificant, sicuti generant filium, habitat spiritus sanctus super illos; nam omnes Sancti exeunt ab illo et ii nominantur filii Dei S. B.* Leuit. fol. 70. בשעתא דבר נש אתי לאתקדשא לאזדווגא בנוקביה בחוונה ברעותא קדישא דיליה אתער עליה רוחא אחרא

אחרא קדישא כליל דפר ונוקבא ורמיז קב'ה לחד שלוחא ממנא על ערוויהון דבני נשא *Illa hora, qua homo ad sanctificandum se accingit et concumbit cum vxore sua cum propositis et cogitationibus sanctis, super illo se manifestat spiritus longe alius sanctus. Vir, vxor et nutus Dei S. B. (cooperantur), quippe qui ab illo singulatim emittitur super foetus hominum.* Cf. *die Nachricht, daſs Jesus durch den heil. Geist und von einer Jungfrau geboren worden sei, aus Zeitbegriffen erläutert, in Schmidtii Bibl. für Kr. Exeg. und Kirchengeschichte* T. 1. p. 101 sqq.

2) Gal. IV, 29.

3) Cf. Rom. IV, 17. 19.

4) Cf. *Hetzelii Geist der Philosophie und Sprache der alten Welt* T. 1. p. 303 sqq. *Ilgen de notione tituli filii Dei in Pauli Memorabilien* fasc. VII. p. 130 sqq. — Hanc rationem etiam *Lucas* seu iste, cuius vestigia hic pressit. in adornanda Johannis baptistae historia sequutus est: nam locis I, 5 — 25. et 56. 37. rite inter se collatis, apparet, ex auctoris sacri mente Baptisten origines suas debuis-

buisse efficaciae Dei creatrici parentum jam valde decrepitorum vires augenti.

5) Rom. I, 3. γενομενος εκ σπερματος Δαβιδ κατα σαρκα, ὁρισθεις υἱος Θεȣ εν δυναμει κατα πνευμα ἁγιοσυνης. Quae sequuntur: εξ αναστασεως νεκρων non sunt επεξηγησις verborum κατα πνευμα ἁγιοσυνης; nam Paulus dicere voluit, his *duabus* rebus, *conceptione* scilicet *per spiritum sanctum adjuta* et *resurrectione e mortuis*, Jesum validissime (εν δυναμει) declaratum fuisse filium Dei seu Messiam. Verba Petri Act. II, 30, εκ καρπȣ οσφυος τȣ Δαβιδ, το κατα σαρκα, αναστησειν τον χριστον idem respiciunt, Messiam nimirum stirpem suam in tantum, quantum a naturali parentum vinculo pendeat (το κατα σαρκα), ducere a Dauide, adjumenti autem a spiritu sancto adlati ratione habita (κατα πνευμα) esse diuinae originis. Judaeos perquam multos ita statuisse, ex iis, quae ab *Origine* (adu. Cels. lib. V. §. 61.) et *Eusebio* (Hist. Eccl. lib. III. c. 27.) de Ebionaeis, Christianorum palaestinensium primaeuorum prole, traduntur, satis tuto potest colligi. Vide-

delicet hi in duas partes abierunt, quarum altera Jesum εξ ανδρος, vt ait *Eusebius*, κοινωνιας και της Μαριας γεγεννημενον putauit. (*Justin. Dial. c. Tryph.* p. 142. εισιν τινες απο τȣ ἡμετερȣ γενȣς, ὁμολογȣντες αυτον χριϛον ειναι, ανθρωπον δε εξ ανθρωπων γενομενον αποφαινομενοι, ὁις ȣ συντιθημαι, ȣδ' αν πλειϛοι ταυτα μοι δοξασαντες ειποιεν.) Ne autem primordia vitae Christi ad causas mere naturales retulisse videantur, monendum est, alteram Ebionaeorum partem asseruisse, εκ παρθενȣ γεγονεναι τον κυριον; e quo apparet, controuersiam, quae inter vtramque fuit, solum id spectasse, quod hi nullum prorsus naturae operam admitterent, illi vero eam spiritus sancti adjumento auctam fuisse perhiberent.

6) Matth. 1, 18. 20. πνευμα ἁγιον Luc. I, 35. δυναμις ὑψιϛȣ.

7) Bereschith Rabba minor ad Gen. IV, 25. adverba זרע אחר ita: אמר ר' תנחומא אותו זרע שקם ממקום אחר ואיזהו זה מלך המשיח *dixit R. Tanchuma: hoc est illud semen, quod venit de alio loco. Et quod est istud? Est rex*

rex Messias; ad Gen. XIX, 32. ad ונחיה
אמר ר' תנחימא ונחיה מאבינו sic: מאבינו זרע
בן אין כתוב כאן אלא זרע אותו שהוא בא
ממקום אחר ואיזהו מלך המשיח *dixit R. Tanchuma, et viuificemus de patre nostro filium, non dicitur sic, sed semen: illud vtique semen, quod veniet de alio loco. Et quod est istud? Rex Messias.* Hanc ob caussam in *Nezah Israel* cap. XXX. fol. 43. c. 1. corpus Messiae a semine humano non producendum adpellatur הויה חדשה *substantia noua* et הצורה האלהית הקדשה *forma diuina sancta!* *Glossa ad Bereschith Rabba* Gen. 37, 22. הכתוב
יתומים הייגו ואין אב אמר ר' ברכיה אמר
הקבה' לישראל אתם אמרתם לפני יתומים הייגו
ואין אב אף גאל שאני עתיד להעמיד מכם
אין לא אב שנאמר הבה איש צמח שמו ומתחתיו
יצמח וכן אמר ישעיהו ויעל ביונק לפניו
ועליו דוד אמר מרחם משחר לך טל ילדותיך
scriptum est (Thren. V, 3.): *pupilli facti sumus sine patre. Dixit R. Berachiah, quod Deus dixit Israeli: Vos dixistis coram me, pupilli facti sumus sine patre. Redemptor quoque, quem ego stare faciam ex vobis, sine patre erit, sicut dictum est* (Zach. VI, 12.):

ecce

ecce vir; germen nomen eius et sub eo germinabit, et Jesaias (53, 3.) *dicit: et adscendit vt virgultum coram eo; de eo quoque Dauid* (Ps. 110, 3.) *dicit: ex matrice tibi ros juuentutis tuae.* Cf. etiam *Schoettgenii* Horae Hebr. T. 2. p. 421 sqq. *Bereschith ketanna* ad Gen. 38, 1. שבטים היו עוסקים במכירתו של יוסף ויוסף היה עוסק בשקו ובתעניתו ויהודה עוסק בלקיחה אשה והקב״ה היה בורא שאור״ו של מלך המשיח שנאמר בטרם תחיל ילדה *tribus* (i. e. fratres Josephi) *erant occupati crica venditionem Josephi; Josephus autem erat negotiosus circa saccum et jejunium suum; Juda vero erat sollicitus de vxore ducenda: Deus autem optimus maximus erat procreans carnem regis Messiae, sicut dictum est* (Jes. 66, 7.): *antequam parturiret, peperit.* Mire quidem fabulosa haec sunt et alium simul, alio loco infra proponendam, sententiam respiciunt; sed tamen mentem auctoris, quid de primordiis vitae Messiae corporeae cogitauerit, satis clare declarant.

8) Cf. *S. V. Ammonii* progr. *Inquiritur in narrationum de vitae Jesu Christi primordiis fontes, incrementa et nexum cum religione christiana,* rec. in *Nouis Opusc.* p. 25 sq.

eiusd.

eiusd. Bibl. Theologie T. 2. p. 250. et *Wetstein* ad Matth. I, 21.

§. 21.

De Messia mere homine.

Hebraeos ante exilium babylonicum Messiam, hominum licet omnium omnino longe excellentissimum, tamen vero mere hominem, natura sua reliquis Adami posteris nulla ex parte superiorem descripsisse et laudasse [1]), neminem putem esse dubitaturum. Accidit quidem, vt inde ab exilio babylonico nonnulli sacri scriptores [2]), opinionibus aliunde acceptis ducti, in describenda Messiae persona aliam rationem sequerentur illumque indole sua naturali reliquis hominibus maiorem et excelsiorem laudarent; pertinuit tamen id tantummodo ad paucos haud vltimae sortis homines animoque excultiori supra opiniones communi vsu tritas euectos, atque vulgus, vt plerumque solet, ingenio suo seruili antiquitatis insti-

stituta notionesque acriter et constanter tenens in tuenda illa, maioribus probata, sententia per longum tempus substitit. Facile id adstrui potest ex doctrina Ebionitarum et Nazaraeorum, quos Jesu dignitatem diuinam denegasse eique naturam mere humanam tribuisse constat [3]. Subnati sunt, teste historia, ex plebe Judaeae castra Jesu sequuta [4], quam nullas alias de Messia notiones, quam animo antea habuit informatas, in Jesum transferre potuisse [5], per se liquet. Seriores quidem Judaei ad vnum fere omnes Messiae Dauidae naturam communi hominum indole longe superiorem vindicare solent; haud desunt tamen, qui illum non nisi hominem, licet generis sui facile principem ac florem [6] describant.

1) Cf. supra §. 3. *et Commentat. m. de ortu Theologiae Vett.* Hebr. p. 117 sqq.

2) Cf. §. 22.

3) *Euseb.* Hist eccl. III, 27. *Irenaeus* adu. Gnost. I, 26. *Tertullian.* praescripst. c. 33.

4)

4) *Epiphan.* haer. 30, 1.

5) Quod attinet ad personam Jesu, εὐαγγελισαί, quos vocarunt, plerumque tantum eo laborabant, vt homines praeconio, *Jesum esse Messiam seu Christum,* fidem darent. Non defuerunt quidem, qui doctrinam hanc singulari studio curaque diligentius et accuratius exponerent; at vero ii ex Christianis. qui, cum Jesu Christo nomen darent, ab ore praeconum euangelii solummodo pendebant, neque institutione scripta, ab Apostolis iis tradita, perpetua fidei norma ac lege vti poterant, facile ad id relabi potuerunt, quod antea de Messia cognitum et persuasum habebant. Quae cum ita fuerint, quisque in doctrina de Jesu persona magis extricanda et exornanda non potuit non ingenio suo qualicunque indulgere. Inde etiam ineunte saeculo secundo et tempore proxime sequente tam multae circa hanc rem enatae sunt controuersiae.

9) Midrasch Cant. Canticc. ad verba אשכול הכופר הודי לי cap. I, 14.: מה הוא אשכול איש שהכול בו והכופר שמכפיר על עונתיהם של ישראל *quid est Eschcol? vir in quo sunt om-*

omnia. Et quid Haccopher? satis faciens pro peccatis Israel. אני ---- רואה איוהו אדם גדול שבהם *ego prouidebo istum magnum hominem, qui erit inter illos*; Targ. Cant. ad cap. VIII, 1. בההוא זימנא דמתגלי מלכא משיחא לכנישתא דישראל יומרון ליה בניה ישראל איתא תהא לנא לאחא *in illo tempore, quo reuelabitur rex Messias ecclesiae Israelis, dicent ei filii Israel: veni et eris nobis vt frater.* Cf. R. *Martini Pugio fidei* p. 662 sqq.

§. 22.

De Messia natura hominibus angelisque longe sublimiore ac excellentiore.

Jam seriores prophetae, quum pariter ac antiquiores in laudes Messiae excurrerent, in eminentiori loco illum collocare solent [1]); qua in re autem illis id solum accidit, vt, qualecumque sit, quod hominum cogitationem, admirationem et exspectationem per longius tenet tempus, ad altius sublimiusque tandem euehatur. Quibus accedit, quod Judaei

 sa-

sapientiores ex exilio reduces salutis pristinae restaurationem viribus mere humanis longe superiorem haud absone judicarent; vnde euenit, vt Babyloniorum Persarumque pneumatologia imbuti, naturam coelestem excelsiorem Messiae persona externa indutam σωτηρος venturi munus in se suscepturam esse putarent. Hinc jam in libro Danieliano [2]) nouae Theocratiae conditor coelitis hominibus longe excellentioris, corpore tamen humano amicti, honore ac pompa in nubibus venturus sistitur. Quae opinio cum multorum Judaeorum, eorumque cumprimis, qui Theologia sublimiore initiati erant, animos Jesu etiamnum aetate teneret captos; haud mirari subit, quod Jesum, se esse ὑιον τȣ Θεȣ, id est, Messiam palam profitentem, verbis eius nullam fidem habentes βλασφημιας redarguerent [3]). Nam tam eximia dignitate Messiam ornatum esse putabant, quae omnia alia longe excederet et majestati diuinae quam proxime accederet. Videlicet id agebant,

vt

vt Messiam hominibus quibusuis [4]) praestantiorem, vel ipsis patribus gentis [5]) pietatis ac intimi cum Deo consortii laude florentissimis excelsiorem, angelis quoque iisque vel summo honoris ac potestatis gradu constitutis maiorem [6]), illorumque principem et praefectum [7]), atque adeo vniuerso mundo superiorem [8]) haberent. Naturam igitur Messiam esse ducebant post ipsum Deum praestantissimam et excellentissimam, quae cum, antequam hominum specie externa assumta in terris se conspiciendam daret, in sphaera spirituum versans angelorum ministrantium agminibus cincta [9]) atque vel ipsis daemonibus [10]) cognita esset.

1) Jerem XXIII, 6. וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו. Mal. III, 1. יבוא אל־היכלו האדון אשר אתם מבקשים ומלאך הברית אשר אתם חפצים cfr. b. *Seiler über die göttlichen Offenbarungen* T. II. p. 338.

2) Dan. VII, 13. עם ענני שמיא כבר אנש אתה הוא; cf. schol. m. ad h. loc.

3)

3) Joh. X, 36. ὑμεις λεγετε· ὁτι βλασφημεις, ὁτι ειπον, ὑιος τȣ Θεȣ ειμι; cf. V, 18.

4) Sohar Gen. fol. 71. edit. Sulz. אוקיר אנוש מפז דא מלכא משיחא היסתלק ויתייקר על כל בני עלמא וכל בני עלמא יפלחון ויסגרון קמיה *pretiosiorem faciam hominem auro, hic est rex Messias, qui excelsior et pretiosior est quam omnes homines; et omnes homines deflectendo procumbent coram illo* cf. *Schmidtii Christologische Fragmente, in Bibl. für Kritik* etc. T. I. p. 39.

5) Rom. IX, 5. ὡν (Ισραηλιτων) ὁι πατερες, και εξ ὡν ὁ Χρισος το κατα σαρκα, ὁ ων επι παντων sc. πατερων; cf. *Versuch einer neuen Erklärung von Rom. IX, 5. von L. J. K. Justi, in Pauli Memorab.* fasc. 1. p, 5 sqq. *Jalkut Schimuni* ex libro Tanchuma ad Jes. LII, 13. הנה ישכיל עבדי מלך המשיח ירום ונשא וגבה מאד ירום מאברהם שכתוב בו הרימתי ידי על יי ונשא ממשה דכתוב בו כי תאמר עלי שאיהו בחיקך שהוא גדול מן אבות *ecce insignis erit servus meus, rex Messias, elatus, excelsus et sublimis valde;*

de, elatior Abrahamo; quia scriptum est de eo: sustuli manum meam ad Jehouam (Gen. XIV, 22.); *et excelsior Mose, quod scriptum est de eo: dicit ad me: tolle eum in sinum tuum* (Num. IX, 22.); *nam maior est patribus.* Cui loco a *Schmidtio* (p. 33.) adlato hos alios subjungere liceat: Bereschith Rabba ad Gen. XXVIII, 10. זה שאמר הכתוב אשא עיני אל ההרים מאין יבוא עזרי ואומר מי את ההר הגדול הר הגדול זה משיח ולמה הוא קורא אותו הר הגדול שהוא גדול מן האבות *hoc est ac si dixisset scriptura* (Ps. 121, 1.): *leuabo oculos meos ad montes, vnde venit auxilium meum. Et dixit scriptura* (Zach. IV, 7.): *quis tu mons magne? mons hic magnus est Messias. Et quare vocat eum montem magnum? quia est maior quam patres.* Bereschith R. ad XVIII, 1. לעתיד לבא הקב'ה מושיב למלך המשיח לימינו שנאמר נאם יהוה לאדוני שב לימני ואברהם ישב על שמאולו ופני אברם מתכרכמות ואומר בן בני ישב על הימין ואני ישב על השמאול הקב'ה מפיסו ואומר לו בן בנך על ומיני ואני על ימינך: *in saeculo futuro Deus sedere faciet Messiam ad dextram suam, sicut scriptum est* (Ps. 110, 1.):

1.): *dixit dominus domino meo: sede ad dextram meam. Abraham vero sedebit ad sinistram eius; facies autem Abrahami erit pallida et dicet: filius filii mei sedet ad dextram, et ego ad sinistram. Deus vero placabit eum et dicet ei: filius filii tui sedet ad dextram meam, et ego ad dextram tuam.*

6) Hebr. 1, 4. *κρειττων των αγγελων.* Eph. I, 21. *εκαθισεν εν δεξια αυτȣ εν τοις επȣρανιοις, ὑπερανω πασης αρχης και εξȣσιας και δυναμεως και κυριοτητος. Jalkut Schimuni* l. l. גבה ממלאכי השרת שנאמר וגבהים וגבה להם *Messias sublimior est angelis ministerii, sicut dictum est* (Ez. I, 18.): *erant sublimes, sed est sublimior illis.* Cf. *Abarbanel* ad Zach. IV. fol. 285.

7) Sohar Gen. fol. 88. עלך אתמר נשקו בר אנת הוא רבן וישראל רב לתתא רבן דמלאכי חשרת בר לעילא ברא דקב'ה ושכינתא חסת *de te (Messia) dicitur* (Ps. 2, 8.): *osculamini filium; tu es dominus Israelis, dominus super inferiora, dominus angelorum ministerii, filius altissimi, filius Dei et habitaculum gratiae.*

8)

8) Eph. IV, 10. ὁ αναβας ὑπερανω παντων των ȣρανων Hebr. VII, 26. ὑψηλοτερος των ȣρανων. *Nezach Israel* fol. 48. col. 1. משיח יהיה גדול מכל העולם *Messias maior erit toto mundo.* *Schaare Ora fol.* 39. אדון כל הארץ *Messias est dominus totius terrae.*

9) Matth. XVI, 27. μελλει ὁ ὑιος τȣ ανθρωπȣ ερχεσθαι μετα των αγγελων ἁυτȣ. XIII, 41. αποϛελει ὁ ὑιος τȣ ανθρωπȣ τȣς αγγελȣς ἁυτȣ; XXVI, 31. ὁταν ελθη ὁ ὑιος τȣ ανθρωπȣ εν τη δοξη αυτȣ, και παντες ὁι ἁγιοι αγγελοι μετ᾽ αυτȣ κ. τ. λ. Marc. VIII, 38. Luc. IX, 26. Quibus in locis Jesum Christologiae judaicae conuenienter loqui, inter omnes melioris notae interpretes conuenit. 1 Thess. III. 13. εν παρȣσια τȣ κυριȣ ἡμων μετα παντων των ἁγιων ἁυτȣ; 2 Thess. I, 7. εν τη αποκαλυψει τȣ κυριȣ μετ᾽ αγγελων δυναμεως ἁυτȣ. Jud. 14. προεφητευσε τȣτοις Ενωχ λεγων· ιδȣ ηλθε κυριος εν μυριασιν ἁγιαις ἁυτȣ. IV. Esdr. XIII, 52. *Sicut non potes haec vel scrutari vel scire, quae sunt in profundo maris; sic non poterit quisque super terram filium meum*

vel

vel eos (angelos), qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.

10) Quam ob rem ὁι δαιμονιζομενοι acclamauerunt Jesu: Marc. I, 23.: ην εν τη συναγωγη ανθρωπος εν πνευματι ακαθαρτω, και ανεκραξε λεγων· εα, τι ἡμιν και σοι; ηλθες απολεσαι ἡμας· οιδα σε τις ει· ὁ ἁγιος τȣ Θεȣ; v. 34. και ȣκ ηφιε (Ιησȣς) λαλειν τα δαιμονια, ὁτι ηδεισαν αυτον. Marc. III, 11. 12. τα πνευματα τα ακαθαρτα, ὁταν αυτον εθεωρει, προσεπιπτεν αυτω και εκραζε λεγοντα. ὁτι συ ει ὁ ὑιος τȣ Θεȣ· και πολλα επετιμα αυτοις, ἱνα μη αυτον φανερον ποιησωσι; cf. etiam V, 6. 7. Hi homines vi φαντασιας extra fines suos justos egressae miseri facti, nil aliud egerunt, quam vt notionibus suis animo antea conceptis congruenter loquerentur.

§. 23.

De Messia τῳ λογῳ Θεȣ.

Fuerunt tamen inter Judaeos, qui ope philosophiae orientalis dogma de Mes-

Messiae natura sublimiore adhuc alio incremento augerent atque in exponendo illo ad gradum multo altiorem adspirarent. Tenuit jam ab antiquissimis temporibus Orientales ista et ad Hebraeos [1]) propagata animisque illorum informata de prima rerum origine cogitandi ratio, vt omnia *emanationis actu* ex Supremo Numine profecta et quasi protrusa statuerent. Neque vllo modo mirum id videri potest, quum his hominibus in omnibus aliis rebus vi sensuum subjectis hic philosophandi modus prae reliquis se facile commendauerit. Hanc rationem autem secuti bene distinxerunt *mundum intellectualem (geistige Welt)* [2]) et *sensibilem vel visibilem (Sinnenwelt, materielle Welt)*, et suo proprio loco, vt rem istam tam implicatam maximisque difficultatibus impeditam sibi enodarent, vtrumque posuerunt, quo tamen factum est, vt multi ad Dualismi scopulos adliderent. Ad Supremum Numen ceu vnicnm omnium rerum fontem cogitando adscendentes

tes in illo *primam omnium rerum causam* quaerebant, indiuulso quidem nexu cum substantia diuina conjunctam, tamen vero, quum motu interno ad externa pelleretur, ex Deo *emanatam* (αποῤῥȣν τι, αποῤῥοια) atque continuo actu multas alias quouis progressu *minores causas intellectuales* producentem. Variis nominibus has intellectuales e Deo emanationis lege ac ordine profectas causas insigniebant, maxime αιωνων [3]) et δυναμεων [4]) nominibus. Multum autem abest, vt illas *naturarum propriae substantiae limitibus circumscriptarum et sejunctarum (eigene Individuen)* loco ac numero haberent, quin potius eas duntaxat *naturas logicas (Logische Wesen, geistige Kräfte)* suo quidem ordine ac modo libere ac sponte operantes, minime vero a substantia diuina abscissas, sed insolubili vinculo ei annexas et suo tempore ad Numen Supremum olim iterum ordine regressiuo refluxuras [5]) aestimarent. Haec est vera indoles huius philosophematis, quod autem

tan-

tantummodo circa mundum intellectualem versatur, e quo demum alio actu mundus hic sensibilis et visibilis, haud seclusis altioribus geniis ac hominum animabus, quas antiquitas fere vniuersa substantiis materialibus *(materiellen Wesen)* accensuit, ortum duxit; et quum in producendo et perficiendo illo *ista in Deo ab aeterno versans prima rerum caussa* vel sola vel cooperantibus et subministrantibus aliis minoribus causis intellectualibus vim suam exercuerit, luculentum fit, huic omnem hunc mundum sensibilem originem suam debere.

Cum autem haec Supremo Numini ab aeterno inhaerens prima omnium rerum causa, tam diu in eo quasi quieuit, ad meram *cogitandi vim* redacta fuerit, deinceps vero ad *externas operationes* ageretur, factum est, vt ii, quibus hac philosophandi ratione vti placuit, ei nomen τȣ νοος, της σοφιας (חָכְמָה), vel τȣ λογȣ (דָּבָר, מֵימְרָא, דִּבּוּר) Dei (quia cogitatio-

nem

nem more hominum sequitur *verbum*) imponerent [6]) et, dum vtramque rationem respicerent, de λογῳ ενδιαθετῳ et λογῳ προφορικῳ dicerent.

Tam longe lateque hoc φιλοσοφȣμενον propagatum fuit, vt nullo modo mirum tibi videri possit, multorum populorum priscorum, Phoenicum [7]), Aegyptiorum [8]), Persarum [9]) et Indorum [10]), quin adeo nonnullorum Graeciae veteris philosophorum [11]) Kosmogonias atque Gnosticorum, quos vocant, systemata eo ceu fundamento suo esse superstructa. Inter Hebraeos quoque veteres hanc de prima rerum origine philosophandi rationem obtinuisse nobis jam praemonitum est et antiquis literarum monumentis facile potest adstrui [12]). Id tamen egerunt, vt Dualismi et ὑλαϊδιολογιας, vt ita dicamus, errores, in quos alii longe plurimi delapsi sunt, multa cum religione euitarent. Succedente quidem tempore Judaei, Babyloniorum Persarumque daemonologia innu-

innutriti et decepti, doctrinarum suarum formulae aliquam Dualismi notam inusserunt; strenui tamen et constantes erant in tuenda *vnica* omnium omnino rerum causa principali in Deo quaerenda. At vero tantum abest, vt, abjectis emanatismi vinculis, ad puriorem de prima rerum origine philosophandi rationem assurgerent, vt ea potius magis magisque constringerent et omni suo doctrinarum sacrarum systemati propius adplicarent. Facile id evincitur e libris vet. Test. apocryphis [13]), Targumistis [14]) aetate Jesu ni vel majoribus haud multum tamen minoribus, maxime autem scriptis Philonis Alexandrini [15]), et Apocalypsi Joannis jam illa subtiliore doctrina tincta, quam vberiore et prolixiore expositione descriptam continent illa antiqua monumenta midraschica, quae in vnum corpus redacta nomine libri *Sohar* [16]) circumferuntur.

Deus

Deum esse vnicum omnium rerum fontem et omnia via emanationis [17]) *ex illo esse profecta seu progressa*, hisce verbis continetur id, ad quod omnis seriorum Judaeorum de hac re disputatio redit. Primo emanationis actu ex Deo profluxerunt aliquot απορροιαι (אֲצִילוֹת), id est *intelligentiae* (*Intelligenzen*, שְׂכִילוֹת [18])), *naturae logicae, vi sua quidem diuersae et ordine minores* [19]), *continuo tamen nexu inuicem junctae* [20]). Iis continetur mundus intellectualis [21]) et Deum σφαιρᾳ quasi circumscribunt, quam ob causam *Sephirae* (סְפִירוֹת) a Judaeis ελληνιζȣσι denominatae sunt [22]).

Prima ac princeps harum απορροιων est Dei ipsius ενεργεια (*die Urkraft des göttlichen Wesens*) ante emanationem ad meram *vim cogitandi* (חָכְמָה, σοφια, מַטְרוֹנִיתָא [23]) מְטַטְרוֹן [24])) redacta, per illam autem *verbum* (λογὸς, דבור, מימרא) h. e. singularis natura logica facta, in quam, quum Deus

Deus primo suo ad externa directo actu non potuerit non omnem vim suam exserere, totius diuinae substantiae essentia se effudit, quam ob causam hic λογος omnes in se comprehendit virtutes diuinas (שְׁכִינָה [25]) atque Dei est imago [26]), et character substantiae eius omnibus numeris absolutus [27]), ideoque non solum κατ' ȣσιαν sed etiam, quia merae emanationis, seclusa omni separatione, actu in singularem naturam logicam protrusus, minime vero propriae substantiae forma indutus est, κατ' αριθμον vnus cum illo idemque [28]). Nihilominus tamen, quoniam illo ex Deo profluente naturarum extra Deum versantium ordine primam se vidit et hoc actu mundus intellectualis oriri coepit, adpellatur princeps ex omnibus rebus creatis (*das erste Geschöpf* [29])), quo tamen illi ne minimi quid derogatum esse volunt. Respicit enim haec denominatio solummodo ad emanationis actum, quo Supremi Numinis ενεργεια ad

ex

externa acta est. Quae cum ita sint, ὁ λογος, quamuis, protrusa in illum pleno suo numero Summi Numinis substantia (λογος προφορικος), rebus creatis adscribendus iisque loco primo jungendus sit, vnica tamen est cum Deo rerum causa, causa suprema vel causa causarum [30]), per quam non solum, continuato emanationis actu, omnes reliquae causae logicae minores (*die Aeonen*) exstiterunt [31]), sed etiam mundus hic visibilis creatus et conditus est [32]). In illo enim vides eum, in quem Deus omnem suam vim substantialem transfudit, eiusque igitur naturae id est, vt omnia, quae a Deo aguntur, *per* (δια) illum, omnem quippe rerum vniuersitatem penetrantem [33]), agantur.

1) *Ueber die Natur und den Ursprung der Emanationslehre bei den Kabbalisten, von J. F. Kleuker.* Riga, 1786. 8. *Buhle Geschichte der Philosophie.* T. 1. p. 591 sqq.

2) Haud tamen illo sensu, quo hodie nos ad mundum intellectualem etiam genios coelestes ho-

hominesque natura sua interiore spectatos referimus; sed hoc tantum sensu, vt mundo intellectuali, quem Gnostici et το πληρωμα vocarunt, nil nisi naturae logicae sint comprehensae.

3) *Tittmann de vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quaesitis*, p. 210 sqq.

4) Act. VIII, 10. λεγοντες· ȣ̔τος (Σιμων) εϛιν ἡ δυναμις τȣ Θεȣ ἡ μεγαλη. *Hist. apostol. de S. Petro lib.* 1. *in Fabricii Cod. Apoc. N. T.* P. II, p. 416.: *ego* (*Simon*) *sum prima virtus, qui semper et sine initio sum. Philo de profugis* p. 362. ed. col.

5) Nil attinet igitur disquirere, vtrum mera προσωποποιιας sint figmenta, an vero pro ὑποϛασεσι, seu ὑφιϛαμενοις veris et propriis habenda. Omnis haec quaestio non cadit in hanc rem, in angustos limites ingeniorum, quo vtuntur Occidentales, modestorum et lentorum minime coercendam, sed ex lege orientalismi feruidioris, ακριβειαν in philosophando ad justas idoneasque regulas regundam haud multum curantis, ponderandam ac judicandam. Hae δυναμεις Orientalibus neque fuerunt merae persona-

 rum

rum vmbrae (*Personificationen*), neque verae substantiae propria subsistentia vtentes; sed, (id quod vere animo de iis habuerunt perceptum) *medium inter vtrasque tenebant*, naturarum logicarum libere ac sponte operandi quidem potestate praeditarum (*freiwirkende Kräfte*, ενεργειαι), minime vero substantiarum sui juris ac ὑπαρξεως factarum (*selbstständige Wesen*) loco positae.

6) *Dial. cum Tryph.* p. 181. ed. Jebb. μαρτυριον δε και αλλο ὑμιν, ω φιλοι, εφην, απο των γραφων δωσω, ὁτι γαρχην προ παντων των κτισματων ο Θεος γεγεννηκε δυναμιν τινα εξ ἑαυτȣ λογικην, ἡ τις και δοξα κυριȣ (כְּבוֹד יְיָ, שְׁכִינָא) ὑπο τȣ πνευματος ἁγιȣ καλειται, ποτε δε ὑιος, ποτε δε σοφια, ποτε δε αγγελος (מַלְאַךְ הַבְּרִית), ποτε δε Θεος, κυριος και λογος, ποτε δε αρχιςρατηγον ἑαυτον λεγει.

7) *Sanchoniathon in Euseb. Praep. Euang.* 1, 10. cf. *Fulda über Kosmogonie, Androgonie und Menschengeschichte nach der Noachischen Flut, in Pauli Memorab.* Fasc. II. p. 107. *Schmidt Bibl. für Kritik, Exegese* etc. T. I. p. 377.

8) *Poemander* Dial. I. cf. *Schmidt* l. c.

9)

9) *Zend-Avesta, Zoroasters lebendiges Wort.* Riga, 1776. 77. III Tom. 4. *Zend-Avesta im kleinen.* Riga, 1789. 8. *Scheik Mohamet Fani's Dabistan oder von der ältesten Religion der Parsen. Aus der persischen Urschrift von Gladwin ins Englische, aus diesem ins Deutsche übersetzt von F. von Dalberg. Aschaffenburg* 1809. 8. *De Persidis lingua et genio commentationes phaosophicae persicae.* Norimb. 1809. 8. comment. I. *Herderi Erläuterungen zum N. T. aus einer neu eröffneten morgenländischen Quelle.* Riga 1775. 4. rec. in *Herderi sämmtlichen Werken* T. VIII. Tubing. 1806. 8.

10) *Ueber die Sprache und Weisheit der Jndier von F. Schlegel.* Heidelb. 1808. 8. p. 95 sqq. *Jdeen zu einer allgemeinen Mythologie der alten Welt von J. J. Wagner.* Francof. ad M. 1808. p. 86 sqq. *Mythengeschichte der asiatischen Welt von J. Görres.* Erster Band, hinterasiatische Mythen. Heidelb. 1810. 8.

11) *Tennemann über den göttlichen Verstand* (νȣς, λογος) *aus der platonischen Philosophie, in Pauli Memorab.* fasc. I. p. 34 sqq. *eiusdem Geschichte der Philosophie* P. II. p. 394 sqq.

12) Gen. I, 1 sqq. Ps. XXXIII, 6. Prou. VIII. cf. S. V. *Ammon de prologi Johannis euangelistae fontibus et sensu, Nou. Opusc.* p. 8 sqq. *Kleuker* l. c. p. 22 sqq.

13) Sir. XXIV. Sap. VII, 22 sqq. IX. X. cf. *S. V. Ammon* l. c. *Pauli Kommentar zum N. Test.* T. IV. p. 22 sqq. *Bretschneideri systematische Darstellung der Dogmatik und Moral der apocryphischen Schriften des A. T.* P. I. Lips. 1805. 8. p. 140 sqq. 191 sqq. *Neues theol. Journal* T. 9. p. 248 sqq. *Keil de doctoribus vet. ecclesiae culpa corruptae per platonicas sententias theologiae liberandis.* p. 71 sqq.

14) *Rittangel liber Jezirah* Amstelod. 1642. 4. *J. H. Michaelis Diss. de Targumim vsu insigni antijudaico, speciatim de voce* מימרא *seu* λογῳ *a chaldaicis de Messia vsurpata.* Halae, 1720, 4. Keil l. l. p. 80 sqq.

15) *Philo's Lehrbegriff von Stahl in Eichhornii Allg. Bibl.* d. b. L. T. IV. p. 805 sqq. *Philo und Iohannes oder neue philosophische Untersuchung des Logos beim Iohannes und Philo von H. Ch. Ballenstedt.* Brunsw. 1802. 8. Keil l. exc. p. 76 sqq. *Paulus* l. c. p. 35 sqq.

16) *Kabbala denudata.* Sulzbaci 1677. 2 Tom. 4. *Specimen Theologiae soharicae studio et opera G. Ch. Sommeri.* Gothae, 1734. 4. *Die geheime Lehre der alten Orientaler und Juden (von Hallenberg).* Rostock und Leipzig. 1805. 8. *J. Horn über die biblische Gnosis. Pragmatische Darstellung der Religionsphilosophie des Orients.* Hannouer, 1805. 8. p. 327 sqq. *Buhle Geschichte der neuen Philosophie* T. 2. p. 361 sqq. eiusd. *Lehrbuch der Geschichte der Philosphie* P. 4. p. 144 sqq.

17) באֹרח אצילותא Sohar Gen. fol. 25. edit. Sulzb.

18) Jezirah I, 5, 42.

19) נהורין מצוחצחין אלין על אלין דמקבלין אנון חשוכין מאחרונין דעלייהו דמקבלין מנייהו: *sunt lumina splendentia vnum magis altero, quae adsumunt lucem aliunde, reliquis magis tenebricosa, a quibus lucem accipiunt.* Sohar Gen. fol. 28.

20) דא הוא עלת על כל עלאין ההוא דאתקרי עלת העלות עלת מאלין עלות דלא יעביד חד מאלין עלות שום עובדא עד דבטיל רשות מההוא דעליה: *Est causa super omnes causas,*

sas, quae adpellatur causa causarum, vna ex istis, quarum nulla opus aliquod suscipit, nisi prius potestate a superiore accepta. Sohar Gen. fol. 26.

21) Ei oppositus est *mundus separatus* (עלמא דפרודא), *siue mundus inferior* (עלמא תתאה) h. e. sensibilis vel visibilis, has ob causas ita dictus, quia ex mundo superiore (intellectuali) originem duxit et eo, quod secundo emanationis actu, quem κατ' ἐξοχὴν *creationem* (בְּרִיאָה, cuius singulae partes a Kabbalistis laudantur יְצִירָה et עֲשִׂיָה, cf. *Kabb. denud.* T. II. *de porta coelorum* p. 96 sqq) nominare solent, in suos propriae et sensibus percipiendae substantiae limites coactus et hoc pacto a Deo mundoque intellectuali quasi abscissus et separatus est. *Sohar* Gen. fol. 25.

22) *Ioel Loewe, einige Bemerkungen über die Sephiroth in Eichhornii Allg. Bibl.* T. V. p. 397. cfr. *Ueber die Personification der Eigenschaften Gottes unter den späteren Iuden*, ibid. T. 3. p. 191 sqq.

23) Hoc nomen est Romanorum *matrona* ob hanc causam a Iudaeis latine loquentibus τω λογω im-

impositum, quia interdum nomine ac persona σοφιας Deo ceu vxoris loco junctae describitur. Sohar Ex. fol. 21. ed. Sulzb. מאן דרך עץ החיים דא היא מטרוניתא רבתא --- למלכא דאודווג במטרוניתא עלאה חמא מלכא יקירו דיליה על-כל-שאר מטרוניתא אמר כלהו משתכחין כחיוותא לקבל האי מטרוניתא דילי היא סלקא על כלא מה אעבד לה אלא כל ביתא דילי יהא בידהא אביק מלכא כרווא מהכא כל מלין דמלכא בידא דמטרוניתא יתמסרון׃ *Quaenam est via ad arborem vitae? Matrona magna. --- concipe tibi regem matrimonii vinculo junctum matronae summae dignitatis. Videns rex illius praestantiam, qua vincit omnes reliquas matronas mundi, dicit, omnes istae vt bestiae deprehenduntur respectu huius matronae meae, quae omnes superat. Quid ipsi faciam? nisi vt totam domum meam illius manibus subjiciam. Statim itaque rex praeconi promulgandum praecipit: omnia, quae rex possideat, tradita esse matronae.*

24) Ex sententia *R. Leui* hoc nomen esset Romanorum *mater.* Obseruauit enim, teste *Buxtorfio* (*Lex. rab. talm.* p. 1192.) ad Prou. 1, 8. isthaec: „Ne deseras legem matris tuae: *matris*

tris i. e. הַשֵּׂכֶל הַפּוֹעֵל *intellectus operantis* (= τȣ λογȣ), per cuius medium obtingit prophetia etc. ideoque vocarunt illum Rabbini מְטַטְרוֹן, quod est in lingua romana אֵם *mater.*" Attamen vix a me impetrare possum, quin putem, vocem מְטַטְרוֹן esse Romanorum *metator*, et quae me mouet causa est haec, quod Judaei illum angelum, qui castra Jsraelitarum praecesserat (Ex. XIV, 19. XXIII, 20. XXXIII, 2.) atque *metatoris castrorum* munere quasi perfunctus erat, τον λογον Dei seu מַלְאַךְ הַבְּרִית (Mal. III, 1.) i. e. Messiam fuisse (coll. §. 25.) existimarunt.

25) שְׁכִינָה h. e. (vt hebraice exponamus hoc vocabulum) הוּא אֲשֶׁר בּוֹ שָׁכַן כְּבוֹד אֱלוֹהִים *id (is), in quo habitat maiestas Dei.* cf. *Buxtorfii L. rab. talm.* s. h. v. Sohar part. 3. fol. 93. Sk. כגוונא דאיהו ענו שכינתיה ענוה איהו חסיד ואיהו חסידא איהו גבור ואיהו גבורתא על כל אומין דעלמא איהו אמת ואיהו אמונה איהו נביא ואיהו נביאה איהו צדיק ואיהו צדיקיה איהו מלך ואיהו מלכתא איהו חכם ואיהו חכמתא איהו מבין ואיהו תבונה דוליה: *Quemadmodum ille (Deus) est mansue-*

suetus, sic Schechinah eius mansueta, ille gratiosus haec gratiosa, ille fortis haec domina super omnes populos mundi, ille veritas haec similiter, ille propheta haec prophetissa, ille justus haec justa, ille rex haec regina, ille sapiens haec sapientia, ille intelligens haec intelligentia eius. Sap. VII, 22. 23. εν αυτη (σοφια) πνευμα νοερον, ἁγιον, μονογενες, πολυμερες, λεπτον, ευκινητον, τρανον, αμολυντον, σαφες, απημαντον, φιλαγαθον, οξυ, ακωλυτον, ενεργετικον, φιλανθρωπον, βεβαιον, ασφαλες, αμεριμνον, παντοδυνατον, παντεπισκοπον, και δια παντων χωρȣν πνευματων νοερων καθαρων λεπτοτατων. Sohar. Gen. fol. 16. אי שכינתא שריה כאן הכל כאן *vbi habitat Schechinah, ibi sunt omnia.* Sohar part. III, edit. Amstelod. p. 230. שכינתא איהי מראה דיליה שמועה דיליה דבור דיליה ברישא: *Schechin h est facies Dei, sonitus eius, verbum eius in principio,*

26) Sohar part. 3, fol. 91. Sulz. מטטרון — — שמיה כשם רביה בצלמו כדמותו אתברי דאיהו כליל כל דרגין מעילא לתתא ומתתא לעילא ואיהו אחיד באמצעיתא: *Metatron* — *nomen*

nomen eius est vti nomen domini sui, creatus ad illius imaginem, similitudinem eius, comprehendens omnes gradus superne deorsum et inferne sursum, concludens in medietate. fol. 93. שכינתיה דאיהי דיוקניה *Schechinah eius (Dei), quae est imago eius.*

27) Sohar part. 3. fol. 93. Salz. כל מי שאין תוכו כברו אל יכנס לבית המדרש כדיוקנא דק'בה דאיהו תוכו ושכינתא ברו איהו תוכו מלגו ואיהי ברו מלבר ולא אשתניאת איהי דלבר מההוא דלגו לאשתמודעה דהיא אצילותיה ולית אפרשותא חמן. *Quilibet, cuius internum non est sicut eius externum, non est habendus pro membro ecclesiae, ad instar Dei O. M., qui est medium suum et Schechinah externum suum, ipse est medium suum ab intra et illa externum suum ad extra, nec mutata est haec, quae externa est, ab eo, qui intra est, vt innotescat, hanc esse illius emanationem, nec locum habere hic vllam prorsus separationem.* Sap. VII, 25. 26. ατμις εςιν (ἡ σοφια) της τȣ Θεȣ δυναμεως και απορροια της τȣ παντοκρατορος δοξης ειλικρινης. Απαυγασμα εςι φωτος αϊδιȣ και εσοπτρον

πτρον ακηλιδωτον της τȣ Θεȣ ενεργειας και εικων της αγαθοτητος αυτȣ.

28) Sohar Gen. fol. 26. Slz. postquam de Deo eiusque Schechinah multa disputata sunt: איהו יחיד קדם כלא ולית ליה שותפא ובגין דא אמר ראו עתה כי אני אני הוא ואין אלוהים עמדי דנטיל עיצה מניה דלא אית ליה תנייגא ולא שותפא ולא חושבנא -- אבל איהו חד בלא חושבן ולא שתוף *Deus est vnicus ante omnia existens, nec est ei socius. Propterea dicit: videte nunc, quod ego ille ipse sum, nec alius Deus mecum, quem in consilium adhiberem. In ipso enim neque subordinatio, neque societas, neque supputatio locum habet, — sed ille est numero vnus, destitutus socio.* Sohar Ex. fol. 49. Slz. שכינתו דאיהו לקבל שאר נהורין דבריאה כנשמתא אצל גופא לקבל קב'ה חשיבא כגופא אבל כלא חד הכא גופא ונשמתא כלא חד מה דלאו הכי בבדנש דגופיה ונשמתיה בפרודא *Schechinah, quae respectu caeterorum creatorum spirituum se habet vti anima ad corpus, respectu Dei vt corpus est aestimanda. Nihilominus ambo sunt vnum idemque, sicut corpus et anima vnum (constituunt hominem). In hoc tamen*

men discrepant ab homine, quod huius corpus et anima sint partes diuersae.

29) Sohar part. 1. fol. 126. Amst. Sulzb. 25. מטטרון עברו של מקום וקן ביתו שהוא תחלת בריותיו של מקום המושל בכל אשר לו שנתן לו קב'ה ממשלה על כל צבאותיו *Metatron Seruus Jehouae, qui est principium creaturarum Jehouae, dominium exercens super omnia, quae ipsi sunt tradita. Tradidit vero ipsi Deus O. M. imperium super omnes exercitus suos.* Sir. XXIV, 8. 9. τοτε ενετειλατο μοι ὁ κτιϛης ἁπαντων, και ὁ κτισας με κατεπαυσε την σκηνην μȣ κ. τ. λ. προ τȣ αιωνος απ᾽ αρχης εκτισε με και ἑως αιωνος ȣ μη εκλιπω I, 4. προτερα παντων εκτιϛαι σοφια. 6. ἑις εϛι σοφος, 7. αυτος εκτισεν αυτην και εξεχεεν αυτην επι παντα τα εργα αυτȣ. Tikkune Sohar fol. 11, 1. *Schechinah inferior* (ὁ λογος προφορικος) est ראשית לנבראים *principium rerum creatarum.*

30) סבא דסבין, עלת העלות, עלת על־כל־עלים.

31) Sohar Gen. fol. 22. Amstel. Sulz. 25. ויאמר אלוהים נעשה אדם — פתחה הוא סבא דסבין ויאמר

ויאמר מאן הוא דאמר נעשה אדם מאי ניהו
הכא האי אלוהים --- אמר שמעון לחברוי
הכא אית רזא דלא אתיהיב רשו לאגליא וכען
משמע דרשותא אתיהיב לאגליא פתח ואמר
למלכא דהוה ליה כמה בנינין למבני והוה ליה
אומנא וההוא אוממא לא הוה עבד מדעם
אלא מרשו דמלכא כד אמר ואהיה אצלו אמון
מלכא ודאי איהו חכמה עלאה ועמודא
דאמצאיתא מלכא לתתא אלוהים אומנא לעילא
ודא אימא עלאה אלוהים אומנא לתתא
ודא שכינתא דלתתא ואתתא לית לה רשו
למעבד מדעם בלא רשו בעלה וכל בניינין
דהוו בארח אצילותא הוה אמר אבא באמירה
לגבי אמא יהא כדין וכדין ומיד הוה ---
מארי דבניינא איהו אמר ואומנא עביד מיד
והכי כל בניינין בארח אצילותא הוה אמר
יהי רקיע יהי מארת וכלא אתעבד מיד כד טמא
לעלמא דפרודא אמר אומנא למארי בניינא
נעשה אדם: *Et dixit Deus: faciamus hominem ---; incepit ille ipse, qui est causa causarum, et dixit: quisnam est ille, qui dicit, faciamus hominem? quisnam est ille, nam et hic Deus est? --- Dixit Simeon sociis suis: hoc est mysterium, cuius explicandi po-*

potestas nemini adhuc data est; nunc autem haec potestas, illud reuelandi, aperte concessa est. Orsus itaque est sermonem suum de rege, tot aedificia exstructuro ac artificem quendam habente; qui tamen artifex non audet, quidquam suscipere, nisi ex arbitrio regis, secundum id, quod dicitur (Prou. VIII, 30.): *fui coram ipso architectus. Rex profecto est summa sapientia et columna media est rex in inferiora. Deus est artifex in superiora, et haec mater suprema. Deus quoque est artifex in inferiora, et ille est Schechinah, quae inferne est* (λογος προφορικος), *atque vxor destituta est potestate aliquid faciendi, nisi ea a marito suo accepta. Hinc circa aedificia omnia* (*naturas logicas, Aeonen*), *quae facta sunt per viam emanationis, pater sermonem direxit ad matrem, vt fiat istud hoc vel illo modo et statim factum est. Dominus aedificii dixit et artifex* (ο λογος) *id statim exsequutus est. Eadem est ratio omnium reliquorum aedificiorum per viam emanationis factorum ex. gr. esto expansum, fiant luminaria, et effecta sunt statim omnia. Postquam venit ad mundum separatum* (*sensibilem vel visibilem*) *dixit artifex domino aedificiorum: faciamus hominem.*

32) *Targ. Onk.* Deut. XXXIII, 27. דמלקדמין בְמימריה אתעבר עלמא *qui (Deus) in principio; per verbum eius creatus est mundus.* *Targ. Jon.* Jes. XLVIII, 13. במימרי שכללת ארעא *per verbum meum perfeci terram.* *Targ. Hieros.* Gen. III, 22. ואמר מימרא דיי אלהים הא ארם דברית יהיה יחידי בגו עלמי היך מה דאנו יחידי בשמי מרומא: *dixit verbum Jehouae Dei, ecce homo, quem creaui, vnigenitus est in mundo meo sicut ego vnigentum sum in coelis excelsis.* *T. Jn.* Jes. 45, אנא במימרי עבדית ארעא Sap. IX, 1. Θεε πατερων, ὁ ποιησας τα παντα εν λογω σȣ και τη σοφια κατεσκευασας ανθρωπον, v. 9. ἡ σοφια ἡ ειδυια τα εργα σȣ και παρȣσα, ὁτε εποιεις τον κοσμον. *Targ. Hierosolym.* Gen. I, 1. בחוכמא ברא *Gott schuff durch die Weisheit.* (non: *mit Weisheit.*)

33) Sir. XXIV, 3. 5. 6. Εγω (σοφια) απο ϛοματος ὑψιϛȣ εξηλθον και ὡς ὁμιχλη κατεκαλυψα γην. Γυρον ȣρανȣ εκυκλωσα μονη και εν βαθει αβυσσων περιεπατησα. Εν κυμασι θαλασσης και εν παση τη γη και εν παντι λαω και εθνει εκτησαμην. *Sohar*

Cha-

Chadasch fol 13, 3. *Schechinah* שהיא מליאה כל העולם כלו *quae totum mundum implet.* Sap. VII, 24. πασης κινησεως κινητικωτερον σοφια διηκει δε και χωρει δια παντων δια την καθαροτητα· ατμεις γαρ εστι της τȣ Θεου δυναμεως.

34) Sap. VII, 22. ἡ παντων τεχνιτης σοφια.

§. 24.

Continuatio.

Quod aliis [1]) visum est, Judaeos aetate Jesu Apostolorumque ab his philosophematibus doctrinae de Messiae natura sublimiore adcommodandis prorsus alienos fuisse, haud comprobare placet. Etenim omnem de hac re dubitationem expellit auctoritas *Pauli Apostoli*, vtpote quem (1 Cor. X, 4. 9.) de Messia plane idem praedicasse constat, quod alii ad σοφιαν et λογον Θεȣ pertinuisse (Sap. X, 15 — 19. XI, 1 — 4. XVIII, 15.) declarauerant (cf. §. 25.). Neque desunt alia argumenta ae-

aeque clara ac perspicua. Haud negari potest, Targumistas nonnullis locis sub nomine τȣ מֵימַר דָוִד de Messia loqui [2]), qua re aperte declaratur, persuasum illis fuisse, quod Schechina, vel ὁ λογος, quippe quod alii [3]) disertis verbis dicunt, Messia nascituro vsura sit, cui vnione personali se jungeret. Accedit, quod Apostoli in exponenda et adornanda doctrina de diuina Iesu dignitate ita versati sunt, vt maximam partem iisdem, quae λογολογιαν judaicam redolent, formulis vtantur, videlicet, vt Iesum coelitus hominibus missum et σαρκωθεντα nominauerint τὸ πληρωμα της θειοτητος [4]), την εικονα τȣ Θεȣ [5]), το απαυγασμα της δοξης και τον χαρακτηρα της ὑποςασεως Θεȣ [6]), τον πρωτοτοκον πασης κτισεως vel την αρχην της κτισεως [7]), τον εχοντα ονομα ὑπερ παν ονομα και εν μορφη Θεȣ ὑπαρχοντα [8]), τον πρωτον και εχατον [9]), πιςον και αληθινον [10]), τον μονογενην παρα πατρος [11]) et τον λογον εν αρχη προς τον Θεον και ισα τω Θεω οντα [12]), cuius sit, vt laudes eius Sephirarum formula [13])

 prae-

praedicentur. Quae cum ita sint, neminem putem infitias iturum, Iesu Apostolorumque aetate inter Iudaeos iam fuisse, qui doctrinam de Messia abstrusis illis de λογῳ Θεȣ philosophematibus subactam traderent.

1) Cf. *über die göttlichen Offenbarungen, von D. G. F. Seiler*, T. 2. p. 434 – 444. *Süskind Magazin für christl. Dogmatik und Moral*, fasc. X. p. 54 sqq. *Schmidt Bibl. für Kr. und Exeg.* T. 1. p. 374.

2) Onk. Num. XXIII, 21. מימרא דיי אלההון בסעדהון ושכינת מלכהון ביניהון; *Verbum Iehouae adiuuat illos et Schechina Regis illorum est inter eos;* Targum. Hierosolymitan. מימרא דיי הוי עמהון ויבבות מן איקר מלכיהון מגין עליהון *Verbum Iehouae est cum illis et vociferatio a gloria regis illorum protegit illos;* Pseudojonath. מימר דיי אלההון בסעדהון ויבבות מלכא משיחא מיבבא ביניהון *verbum Iehouae, Dei illorum, est illis auxilio et vociferatio Regis Messiae vociferatur inter illos.* Respicit haec triplex interpretatio opinionem illam, Messiam Israelitis Arabiae deserta

pera-

peragrantibus comitem se adjunxisse haud conspicuum; in Targ. Ionath. Psalm. CX, 1. pro hebr. נאם יהוה לאדני legitur: אמר יי במימריה monuit quidem *S. V. Paulus* (*Commentar z. N. T.* T. IV. p. 15.), nexum verborum efflagitare לְמֵימְרֵיה; at vero hanc interpretationem Targumista ob eam caussam non admittere potuit, quia hunc Psalmum non de Messia, sed de Dauide exposuit. Vocem tamen textus hebr. לאדני retulit ad Messiam natura sua sublimiore Deo insolubili vinculo junctum, quam ob rem interpretatus est: אמר יי במימריה; *Gott sprach mit seinem Memrah: setze dich* (Dauid) *zu meiner Rechten* etc. Targ. Hierosolymit. Gen. 49, 18. אמר אבונן יעקוב לא לפורקניה דגדעון סכית נפשי דהיא שעה ולא לפורקניה דשמשון דהוא פורקן עביד אלא לפורקנא דאמרת במימרך למיתי לעמך בני ישראל ליה לפורקנך סכית נפשי: *Dixit pater noster Iacob: non redemtionem Gideonis exspectat anima mea, quae est temporalis, neque redemtionem Simsonis, quae est redemtio creata, sed redemtionem, quam dixisti verbo tuo venturam esse populo tuo, filiis Israel; hanc redemtionem tuam exspectat ani-*

anima mea. — Nemo non videt, hic λυτρωσιν αιωνιον, quam Iudaei a Messia exspectabant (Hebr. IX, 12.), relatam esse ad מימרא דיי seu τον λογον.

3) Soh. Gen. fol. 88. Sulzb. הוא בר רעיא מהימנא עלך אתמר נשקו בר הוו רבן דישראל --- שכינתא חסד, *hic filius est pastor fidelis. De te dicitur* (Ps. II, 8.): *osculamini filium. Est autem ille princeps Israelitarum* ———, *Schechinah gratiosa* (πληρης χαριτος Ioh. 1, 14.). Sohar Chadasch fol. 45. 2. *haec est Schechinah* ——— ומשיח בעדה *et Messias est cum ea.* Sohar fol. 237. ed. Amst. ad Gen. 49, 10. הכא שילה הא רמס לשמא עלאה דשכינתא *Nomen Schiloh* (quod Messiae vindicatur) *hic scribitur* שילה (cum Jod et He), *vt significet nomen supremum Schechinae.* Jon. Jes. XLII, 1. הא עבדי משיחא אקרבינה בחירי דאתרעי ביה מימרי ex versione graeca S. V. *Schmidtii* (Bibl. f. Kr. T. 1. p. 359.) *ιδȣ ὁ δȣλος μȣ, ὁ Χριϛος· εγγυς ειμι αυτω· ὁ εκλεκτος μȣ· ηυδοκησα εν αυτω ειναι τον λογον μȣ.* Sohar fol. 93. part. 3. edit. Sulzb. שכינתא

איהי

איהי מטרוניתא *Schechina est Matrona;* part. 1. fol. 77. ad Gen. XXIV, 2. במה שאמר עבדו עבדו של מקום זקן ביתו הקרוב לעבודתו ומאי איהי וה מטטרון. *Cum dicitur seruus eius, intelligitur seruus Iehouae, senior domus eius, paratus ad ministerium eius. Quis vero is est? Metatron.*

4) Col. II, 9. cf. supra p. 120. not. 25.

5) 2 Cor. IV, 4. Col. I, 15. cf. supra pag. 121. not. 26.

6) Heb. I, 3. cf. supra pag. 122. not. 27.

7) Col. I, 15. Apoc. III, 14. cf. supra pag. 124. not. 29.

8) Phil. II, 6. 9. Sohar part. III, fol. 227. ed. Amst. עמודא דאמצאיתא איהי מטטרון לאשלמא לעילא כגוונא דתפארת שמיה כשם רביה בצלמו כדמותו אתברי *columna medietatis est Metatron, qui pacem constituit apud superiorem, sicque pulcritudo ipsa, cuius nomen est, vti nomen Domini sui, creatus ad illius imaginem et similitudinem.*

9) Apoc. I, 18. II, 8. XXII, 13. cf. Pesachim fol. 5. Rabbath. fol. 69. fol. 201. ed. Amstel.

10)

10) Ap. XIX, 11. III, 7. 14.

11) Joh. I, 14. 18. Targ. Hierosolym. Gen. III, 22. ואמר מימרא דיי הא אדם דברית יתיה יחידו בגו עלמי היך מה דאנא יחידי בשמי מרומא *et dixit verbum Jehouae: ecce Adam, quem creaui vnicum in mundo meo, quemadmodum ego vnicum sum in coelis excelsis.* Cf. supra pag. 123. not. 28. *Schemoth Rabb.* fol. 136. Messiam et adhuc alio sensu vnigenitum vocatum esse, jam supra (§. 9.) a nobis monitum est.

12) Joh. I, 1. Phil. II, 6. cf. supra p. 123. not. 28.

13) Apoc. V, 12. 14. cf. *Eichhornium* ad loc. prior. Cum Judaei enumeratione septem sephirarum inferiorum, quae tribus prioribus sephiris αϱχικαις substantiam Numinis supremi adumbrantibus ceu fundamento suo superstructae erant, nil aliud, exuto emanatismi χηματι, agere voluerint, quam vt *modum, quo Numen Supremum in moderanda et gubernanda rerum vniuersitate vtatur,* describant, per se clarum est, ad τον λογον ceu primam ac principalem Dei causam instrumentalem pertinuisse, vt in laudes eius harum sephirarum formula sanctissima eundum esset.

§. 25.

Vt mos fert antiquus, succinctam vitae meae historiam subjungam.

In lucem vitae susceptus sum *Emskirchae*, fori amoenissimi in terris olim Baruthinis inferioribus prope *Neostadium ad Ayssum* siti, die VIII. Maii 1774, patre *Georgio Leonhardo Bertholdt*, *consule praefecturae*, ac matre *Maria Barbara* e gente *Kandeliana*. Primis diuinae et humanae doctrinae ac disciplinae elementis in schola patria imbutus, annum duodecimum agens, relicta parentum optimorum adhuc superstitum, ob probitatis et virtutis exemplum ac singularem in me juste educando positam curam pietate mea ac amore dignissimorum, domo, *Neostadium* migraui atque *scholae*, quam vocarunt, *principalis* ibi florentis ciuibus ab illius Directore ac Inspectore *M. G. Ch. Oertelio* I., Viro post fata longe Celeberrimo, adscriptus sum. In hac vrbe vicina alterum quasi patrem inueni in auunculo meo, *I. G. Engelhardt*, Viro honesto ac Senatore dignissimo, qui per tres et quod excurrit annos in domum

suam me excepit, measque res pie ac sapienter moderatus est ac rexit. Peractis autem illis contubernalem me fecit *Celeberrimus ac Doctissimus I. G. Raab*, tunc temporis scholae Neostadiensis Collega tertius, nunc vero illius Rector Ornatissimus. Quantum huius Viri, doctrinae et eruditionis laude florentissimi, institutionibus publicis et priuatis ad discessum meum vsque continuatis debeam, ore haud facile possum exprimere. Praesertim eam ob causam illum de me optime meruisse semper animo grato profitebor, quod ille in scholis domesticis lingua hebraica meliori ac saniori methodo docenda mihi praeiuit atque huius idiomatis penetralia, id est, ingenium ac indolem veram mihi aperuit et reclusit. Praeter hunc virum amicitiae sacro vinculo postea mihi conjunctissimum in perdiscendis variis, quae scholis tractari solent, scientiis hos habui sensim sensimque duces fidelissimos atque pia mente grataque memoria haud minus colendos, *Mich. Roeselium*, Scholae Collegae quartum, jam longe abhinc vita defunctum, *Mich. Schauflerum*, primitus Scholae Adjunctum et posthac ecclesiae cathedralis ad S. Leonhardum Diaconum, nunc vero apud *Baudenbachenses* Pastorem vigilantissimum mihique amicissimum, *Chr. Theod. Oertelium* III., postremo scholae Adjunctum, deinde Professorem Matheseos in Gymna-

nasio illustri Christiano-Ern. Baruthino Celeberrimum, in praesens autem tempus *Diespeci* verbi diuini Ministrum optime meritum, *J. C. F. Wernleinium*, Scholae Collaboratorem, deinde Licei, quod *Wunsiedeliae* floruit, Rectorem Celeberrimum, in praesenti vero Pastorem apud Untersteinachenses Ornatissimum, *M. J. F. Gabrielem*, primitus Collegam scholae tertium, postea Conrectorem, nunc autem ecclesiae *Stübacensis* Praepositum, Virum suauissimum et humanissimum mihique et necessitudinis et amicitiae vinculo conjunctissimum, atque *Ch. A. Oertelium* II., illius in scholae Conrectoris munere gerendo antecessorem, postea *Stübaci*, tandemque *Emskirchae* Pastorem fidelissimum, virum ingenii, eruditionis et styli bene latini laude aeque clarum, ante hunc fere annum autem morte praematura rebus humanis exemtum. Praecipuum vero ac insigne prouidae Dei curae argumentum semper habebo ac laudabo, quod vltimo vitae meae scholasticae anno contigerit ab ore *Viri Summum Reuerendi D. J. F. Degenii* pendere, vtpote qui in locum *Oertelii*, scholae Directoris, ad beatorum sedes euecti, successerit. Huic viro excellentissimo, qui postea eminentius Professoris primarii Gymnasii Baruthini Christiano-Ernestini et Assessoris senatus supremi ecclesiastici munus obiit, quemque haud sine gloriatione ac gaudio inter

fau-

fautores meos ac amicos numerare possum, inter alia, quibus et publicis institutionibus et consiliis priuatis de me optime meritus est, id cumprimis gratum acceptumque refero, quod ille animum meum literaturae cum antiquioris tum recentioris amore atque studio in rebus ad literas pertinentibus ad maiora altioraque adspirandi incendit. Praeterlapsis sex annis, e quo scholae neapolitanae nomen dederam, anno 1792. ineunte mense Aprili post specimina haud male peractae vitae scholasticae Consistorii Baruthini Assessoribus, inter quos adhuc Virum Summe Venerandum *D. J. Kappium*, jam Potentissimi ac Augustissimi Bavariae Regis consiliarium Praefecturae ad Moenum ecclesiasticum deveneror atque inter fautores meos ac amicos insigni loco habeo, in examine publico data, *Erlangam* petii atque a *Viro Illustri et Amplissimo A. F. Pfeiffero*, Linguarum Orientalium Professore p. o. Celeberrimo et Bibliothecae academicae Directore laudatissimo, eo tempore Prorectore Vniuersitatis Magnifico, in album ciuium academicorum receptus sum. In hac Musarum sede, cui Deus T. O. M. semper faueat, per quadriennium tam publice quam priuatim in rebus theologicis vsus sum institutionibus *b. Seileri*, *S. V. Haenleinii*, nunc Senatui Augustissimi et Potentissimi Bauariae Regis supremo ecclesiastico a consiliis,

siliis,

siliis, et *S. V. Ammonii*, h.t. Prorectoris Academiae Magnifici deque me omnibusque rebus meis optime meriti, in disciplinis philosophicis *Viri Illustris et Amplissimi J. F. Breyeri*, a consiliis aulicis et Professoris Philosophiae ac literarum elegantiorum Celeberrimi, ac *M. G. F. Goesii*, tum temporis Doctoris scientiarum philosophicarum priuati, jam vero Gymnasii Vlmensis Directoris Ornatissimi, in rebus historicis *Viri Illustris et Amplissimi J. G. Meuselii*, Consiliarii aulici et Professoris Historiarum Celeberrimi, *M. J. G. F. Papstii*, isto tempore Professoris Philosophiae o. p., nunc autem διοικησεως Cadolzburgensis Decani atque pastoris Zirndorfensis summe Venerabilis, atque in Philologia sacra et profana Viri *Illustris ac Amplissimi A. F. Pfeifferi*, a consiliis aulicis et Professoris LL. O. O. Celeberrimi, et *F. G. Hagenii*, tunc temporis disciplinarum philologicarum doctoris privati, postea Professoris Philosophiae extraordinarii, in praesenti vero Sacrorum Dottenheimensium Antistitis fidelissimi. Huius loci haud esse potest, vt in laudes horum Virorum, quos jam de innumeris aliis immortaliter meritos esse satis constat, excurram, cum plurimis eorum nunc communis muneris ac officii vinculo et honore me junctum videam atque illorum modestiae, bene meritorum coronae excelsissimae, molestus fieri

no-

nolim. Attamen non a me impetrare possum, quin gratissimum animum publice testificarer Viris S. S. V. V. et Ampl. *Haenleinio*, *Ammonio* et *Pfeiffero*, quorum vtrique priores singulari cura, sicuti in omnibus aliis, ita cumprimis in rebus ad munus concionatoris pertinentibus bene perdiscendis et doctrina publica et consiliis priuatis egregie me adjuuerunt, hic vero cum scholis priuatissimis per biennium et quod excurrit continuatis tum in colloquiis domesticis et familiaribus, quorum instituendorum pro ea, quae in illo est, humanitate per omne tempus copiam mihi fecit largissimam, Veteris Orientis et linguas et ingenium profundissimum adeundi et exhauriendi idoneum me fecit. Absoluto cursu academico, *Amplissimum* adii *Philosophorum Ordinem*, vt me Summis suis Honoribus augeret et ornaret, quam ob causam, examine rite instituto defunctus, cathedram adscendi et, dissertatione hunc in finem exarata publice defensa, a Viro *Amplissimo et Illustri G. Chr. Harlesio*, Consiliario aulico et Literarum Graecarum et Romanarum Professore p. o. Celeberrimo, ob multa ac praeclara fauoris in me argumenta quolibet anno maiorem in modum exhibita ad cineres vsque a me pie colendo, solemniter d. 16. Dec. 1796. Doctor Philosophiae et LL. A. A. Magister creatus et renuntiatus sum. Quo facto, quamuis

jam

jam, auctore *Ill.* ac *Ampl. Pfeiffero*, vitae academicae in posterum eligendae consilium animo agitauerim et vltimo, quo ciuibus huius nostrae academiae adnumeratus eram, tempore nonnullis commilitonibus familiaribus in lingua arabica erudiendis operam nauauissem, attamen Erlangae dicens vale ad larem meum familiarem redii atque quatuor et quod excurrit annos apud parentes optimos *Emskirchae* commoratus sum. Quod tempus fortunatissimum quantum mihi dedit otii, in eo non langui sed contuli illud pro virilibus ad curatius tractandas sacras literas ac doctrinas. Vt concionnandi licentiam nanciscerer jam primis post discessum meum mensibus ex lege regia in Tentamine, a *b. Seilero* jussu Senatus Supremi ecclesiastici Baruthini vicario nomine instituto, virium mearum rationem reddidi atque deinceps vicibus perquam multis cum *Emskirchae* tum *Langenzennii*, *Fori Erlbaci* aliisque vicinis parochiis apud populum christianum publice loquutus sum. Permultum et frugis et voluptatis etiam ex eo in me redundauit, quod b. *M. Ch. A. Oertelio* II., Pastore Emskirchensi, *S. V. M. J. G. Gl. Koehlero*, tunc temporis Decano Langenzennensi, nunc Suobacensi, Viro Eruditionis et Humanitatis laude quam maxime conspicuo, *S. V. M. F. Gl. Oettero*, Fori Erlbaci Decano meritissimo, Viro doctissimo et suauissimo,

quem

quem nunquam sine obseruantia nomino, *J. T. Appoldo*, Laubendorfensium, dum inter viuos esset, pastore fidelissimo, Viro ob ingenii acuti atque per literas, quas vocant, humaniores bene exculti virtutes summopere laudando, atque b. *J. M. Dorfmüllero*, Capituli Bayersdorfensis olim Seniore et Monachauraci Pastore optime merito, patrueli meo ob animi vitaeque probitatem ac pietatem etiamnum post fata quam maxime amabili, saepissime vtendi copia ac potestas mihi data erat. Quum autem occasionem Erlangam reuertendi opportune mihi oblatam viderem, secunda vice domum paternam reliqui et anno 1800 ad exitum vergente *Erlangam* me contuli et ad ambiendum munus academicum sedulo me accinxi. Accidit vero, quod per morbum grauiorem et diuturniorem impeditus demum mense Januario Anni 1802. facultatem legendi, dissertatione publice defensa, adquirerem; sequente anno, mense Octobri, *Amplissimus Philosophorum Ordo* post oblatam examinique publico subjectam nouam Dissertationem Collegae *Adjuncti* honoribus ac priuilegiis me auxit, et Anno 1805., commendante et annuente Senatu Academico, ab *Augustissimo et Potentissimo Borussorum Rege*, tunc temporis terrarum nostrarum patre ac tutore sapientissimo et munificentissimo, d. 20. Mart. per literas regias decretales munus Professoris Philosophiae

phiae Extraordinarii in me delatum est, quod, praemisso programmate, oratione de *praecipuis ad primas causas Christianismi penetrandi subsidiis* publice habita, die 26. Oct. adii. Anno 1806 die 19. Mart. per Senatus Consultum *secundi Concionatoris academici Vices* mihi injunctae sunt, deinceps vero, Summe Venerando ac Magnifico *D. Ammonio* ad locum Professoris Theologiae primarii ac Superintendentis ecclesiae neapolitanae euecto, ex decreto *Illustrissimi de Tournon*, Aug. et Inuict. Franco - Gallorum Imperatoris *Napoleonis Magni* auctoritate res terrarum nostrarum ciuiles administrantis, *vnicus ac ordinarius ecclesiae academicae pastor ac concionator* dictus simulque *Theologiae Professor Publicus Ordinarius Supernumerarius* constitutus sum. Nil eo exoptatius mihi hanc ob causam contingere potuit, quod, hisce ambobus muneribus vestitus, arctioribus nunc vinculis etiam me externe junctum viderem *Viris Summe Venerandis Ammonio et Vogelio*, quorum liberalitas ac humanitas pio ac grato animi sensu quam maximo me adfecit obseruantiàque me imbuit vnquam imminui nescià. Collato in me Theologiae Professoris munere in eo fui, vt summi in Theologia Honores ambiendi a me essent; neque desideriis meis Summe Venerandus Theologorum ordo defuit, sed, praeuio colloquio, *Doctoris Theologiae*

ogiae *gradu* die 18. Apr. 1809. me decorauit. Post lvndecim mensium dehinc decursum denique nouus terrarum nostrarum *Praefectus*, *Illustrissimus Combe Sieyes* in locum *Illustrissimi de Tournon* suffectus per literas imperiales decretales d. 12. Mart. 1810 datas in *numerum* Theologiae Professorum nostrae Academiae Ordinariorum me excepit atque locum inter illos rite obtinendum mihi concessit.

Lectiones quibus inde ab initio vitae meae accademicae instituendis vacaui, spectant *Theologiam biblicam*, *Christologiam veteris Testamenti*, *Hermeneuticen biblicam*, *Isagogen in SS. Bibliorum libros canonicos et apocryphos*, *Encyclopaediam et Methodologiam theologicam*, *Historiam ecclesiasticam*, *Patristicen*, *Historiam dogmatum religionis christianae*, *Symbolicen theologicam vniuersalem*, *Exegesin biblicam* maxime *veteris Testamenti*.

Libri minoris ac majoris molis a me huc vsque in vulgus editi sunt sequentes:

Diss. *de rebus a Mose in Aegypto gestis ad illustranda Exodi* capp. II — XIV. Sect. I. Erlangae 1795. 8.

Diss. *hist.* exeget. *de ortu Theologiae veterum Hebraeorum eiusque cum diuerso diuersorum* sae-

saeculorum, quibus incrementa sua cepit, ingenio atque indole congruentia. Part. I. Erlangae 1802. 8.

Diss. hist. exeget. *de ortu Theologiae veterum Hebraeorum etc.* Part. II. Erlangae 1803. 8. Quae duae dissertationes deinde secum junctae sub titulo prodierunt:

De ortu Theologiae veterum Hebraeorum eiusque etc. Pars prima historiam Theologiae Hebraeorum inde ab Abrahamo vsque ad exilium babylonicum complectens. Erlangae 1803. pag. 1 — 147. 8.

Verosimilia de origine Euangelii Johannis. Progr. Erl. 1805. 8.

Daniel aus dem Hebräisch-Aramäischen neu übersetzt und erklärt mit einer vollständigen Einleitung und einigen historischen und exegetischen Excursen. Erste Hälfte. Erl. 1806. 8.

Zweite Hälfte. Erl. 1808. 8.

Daſs wir keine gerechte Ursache haben, den ferneren Bestand unserer evangelischen Kirche und unserer heiligen Religion für gefährdet zu halten. Antrittspredigt in der akademischen Pfarrkirche. Erl. 1808. 8.

Das Gedächtniſs des Gerechten bleibt im Segen. Gedächtniſspredigt auf den Hrn. Procanzler und Hofrath D. I. B. Geiger. Erl. 1809. 8.

Welchen sichern Gang die Weisheit und Güte Gottes in der Leitung der Völker gehe. Huldigungspredigt nach der erfolgten hochsterfreulichen Besitzergreifung des Fürstenthums Bayreuth für Sr. Majestät den König Maximilian von Baiern. Erl. 1810. 8.

Daſs

Daſs ein religiöser und frommer Sinn der wissenschaftlichen Bildung des Geistes erst ihren vollen Werth gebe. Gedächtniſspredigt auf den Herrn Professor D. I. Ch. Esper. Erl. 1810. 8.

Die höchsten Auszeichnungen eines preiswürdigen Lebens. Gedächtniſspredigt auf den Herrn Präsidenten und Professor D. I. Ch. D. von Schreber. Erl. 1811. 8. Quinque hi sermones sacri etiam in vnum corpus coacti prodierunt ita inscripti:

Casualpredigten in der Universitätskirche zu Erlangen gehalten von D. L. Bertholdt. Erl. 1811. 8.

De Christologia Judaeorum Jesu Apostolorumque aetate. Sect. I. Progr. Erl. 1811. 8.

Ipsius vero, quae hisce pagellis continuata est, *de Christologia Judaeorum Jesu Apostolorumque aetate* commentationis Sectio tertia atque vltima proxima occasione prodibit; tribusque sectionibus in vnum volumen collectis atque praefatione auctis hicce praefixus erit titulus:

Christologia Judaeorum Jesu Apostolorumque aetate in compendium redacta obseruationibusque illustrata a D. L. Bertholdt. Erl. 1811. 8.

De relationibus meis criticis *Ephemeridibus vniuersalibus Jenensibus* et *Annalibus theologicis* cura ac studio *S. F. Wachleri* Marburgi prodeuntibus insertis, nec non de aliis commentationibus diuersis Promtuariis literariis et historicis inspersis in vniuersum monuisse sufficiat.

DE CHRISTOLOGIA IVDAEORVM IESV APOSTOLORVMQVE AETATE.

SECTIO TERTIA AC VLTIMA.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
HISTORICO-CRITICA

QVAM
EX DECRETO SVMMVM VENERANDI
ORDINIS THEOLOGICI

PRO
LOCO IN EODEM OBTINENDO

DIE MDCCCXI.

HORIS POSTMERIDIANIS II — IV.

EXAMINI PVBLICO

SVBIICIET

LEONHARD BERTHOLDT

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, THEOLOGIAE PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS ET ECCLESIAE ACADEMICAE ANTISTES.

ERLANGAE

TYPIS HILPERTIANIS MDCCCXI.

§. 25.

De προϋπαρξει Messiae.

Tanta igitur sententiarum diuersitas cernitur in hac re inter Judaeos, vt alii (§. 21.) Messiam venturum nil nisi mere hominem, alii vero (§. 22.) genium coelestem summo honoris ac potestatis gradu constitutum, alii denique τον λογον τȣ Θεȣ (§. 23. 24.) fore censerent. Qui vtramque hanc posteriorem sententiam amplexi sunt, non habuerant, quod de προϋπαρξει Messiae longe disquirerent; at vero etiam reliqui Judaei, tantum abest, vt in contrariam partem disputarent, vt potius προϋπαρξιν Messiae in confesso haberent illamque constanter defenderent, cuius rei causam quilibet facile exploratam et perspectam habere potest, cum et hominum omnino omnium animas, antequam corporibus jungantur, jam vita frui atque a Deo dum, cum olim mundo creando vacaret, communi actu procreatas esse ni vel jam Hebraei antiquiores [1]), certe tamen

men Judaei seriores [2]) Jesuque aequales putarent. Quae cum ita fuerint, solemne erat, de Messia adparituro si verba facerent, formulis εξερχεσθαι [3]) vel ερχεσθαι [4]) vti.

Neque tamen ex iis, qui προϋπαρξιν Messiae profitebantur, ad vnum omnes in eamdem viam se dederunt: videlicet qui τȣ λογȣ τȣ Θεȣ gloriam ac maiestatem in Messiae naturam interiorem effusam esse ducebant, haud temere Messiam συναΐδιον cum Deo fecerunt; id quod sibi voluerunt, cum illum jam ante mundi fundamenta jacta exstitisse perhiberent [5]). Si autem etiam quam plurimi fuerint, qui Messiam in numerum rerum creatarum reprimerent, haud alieni tamen erant a tribuenda ipsi summa, quam maiestas diuina excipit, dignitate, vtpote ministrum Dei in gubernando hoc mundo primum ac principalem illum habentes. Quam ob caussam nulli dubitauerunt, quin Deus, quem sub nomine Jehouae sibi proprium ac addictissi-

mum

mum arroganter vindicabant, in qualibuscumque rebus, quae memoriae traditae sunt, eius ministerio, vt semet ipsum conspicuum ac efficacem redderet, vsus esset. Id igitur egerunt, vt omnia, quae ab incunabulis mundi a Deo cultorum suorum in salutem gesta traduntur, ad τον λογον, seu, quod aliis aequipolluit, ad Messiam ceu causam instrumentalem referrent [6]). Inprimis autem τῳ מֵימַר דַיְיָ ceu regi ac patrono Jsraelitarum diuinitus constituto [7]) istam prouinciam injunxerunt, vt populum Deo carissimum e seruitute aegyptiaca in libertatem vindicasse [8]), per Arabiae deserta duxisse [9]), eique semper socium et adjutorem invisibilem [10]), altorem ac nutritorem [11]); licet non nunquam illius, qua nihil fuit ingratius, peruicacia ac repugnantia [12]) ei haud indigne iratum, fuisse adjunctum confidentius dicerent [13]).

1) Cf. *Flügge Geschichte des Glaubens an Unsterblichkeit etc.* T. I. p. 45 sqq. S. V. *Ammon über das Todtenreich der Hebraer* in S. V. Pauli Memorabilien fasc. IV. p. 195. *von Zobel Magazin*

gazin für bibl. Jnterpretation T. I. fasc. I. p. 75 sqq. Conferas tamen quoque: *Figmentum de animo humano ante subter terra existente quam corpori conjungerentur Ebraeis falso attribui demonstrat G. Th. Serz.* Norinb. 1792. 4.

2) Sap. VIII, 20. Joh. IX, 30. cf. *Keil de doctoribus veteris ecclesiae etc. Comment.* XI. p. 7 — 12.

3) Sc. εκ τȣ ȣρανȣ l. παραδεισȣ Marc. I, 38. Joh. III, 31. cf. Matth. XIII, 49. Colbo fol. 137. הבית החמישי (בגן ערן) הוא בנוי מכסף וזהב --- ושוכנים בו משיח בן דוד ואליהו *quinta domus paradisi aedificata est ex argento et auro; habitant in illa Messias Dauida et Elias.* Avodath Hakkodesch cap. 43. משיח בן דוד הוא חי בגן ערן עד היום *Messias Dauida viuus existit in paradiso vsque ad hunc diem.*

4) Sc. εις τον κοσμον Joh. VI, 14. Matth. XI, 3. IX, 13. X, 34. 35. XVIII, 11. XX, 28. Luc. IX, 5. 6. rel.

5) Χριςος προεγνωσμενος προ καταβολης κοσμȣ 1 Petr. I, 20. cf. Ephes. I, 4. Sir. XXIV, 14. προ τȣ αιωνος απ' αρχης εκτισε με.

(Prou.

(Prou. VIII, 22. 23.). Nezach Jsrael c. XXXV, fol. 48. col. 1. (ex emendatione *S. V. Schmidtii*, Bibl. f. Kr. etc. T. 1. p. 38.) משיח מפני תוהו *Messias erat jam ante Tohu* h. e. *ante prima mundi initia.* Midrasch Mischle fol. 67. col. 3. שבעה דברים נבראו קודם לבריאתו של עולם ---- ומלך המשיח שנאמר יהי שמו לעולם׃. *Septem res creatae sunt ante mundum conditum ---- et rex Messias, de quo* (Ps. 72. 17.) *dicitur, nomen eius sit aeternum;* cf. *Eisenmenger* T. 1. p. 316. 317.

6) Sap. X, 1 sqq. ἁυτη (ἡ σοφια) πρωτοπλαϛον πατερα κοσμȣ μονον κτισθεντα διεφυλαξε, και εξειλατο αυτον εκ παραπτωματος ιδιȣ. Εδωκε δε αυτω ἰχυν κρατησαι ἁπαντων. Αποϛας δε απ᾽ αυτης αδικος εν οργη αυτȣ, αδελφοκτονοις συναπωλετο θυμοις, δἰ ὁν κατακλυζομενην γην παλιν διεσωσε σοφια, δἰ ἐυτελȣς ξυλȣ τον δικαιον κυβερνησασα. Ἁυτη και εν ὁμονοια πονηριας εθνων συγχυθεντων ἑυρε τον δικαιον, και ετηρησεν αυτον αμεμπτον Θεω, και επι τεκνȣ σπλαχνοις ισχυρον εφυλαξεν. Ἁυτη δικαιον, εξαπολ-

πολλυμενων ασεβων, ερρυσατο φυγοντα πυρ καταβασιον Πενταπολεως. - - Ἁυτη φυγαδα οργης αδελφȣ δικαιον ὡδηγησεν εν τριβοις ευθειαις, εδειξεν αυτω βασιλειαν Θεȣ και εδωκεν αυτω γνωσιν ἁγιων, ευπορησεν αυτον εν μοχθοις και επληθυνε τȣς πονȣς αυτȣ. Εν πλεονεξια κατιχυοντων αυτον παρεϛη και επλȣτισεν αυτον. Διεφυλαξεν αυτον απο εχθρων και απο ενεδρευοντων ησφαλισατο και αγωνα ιχυρον εβραβευσεν αυτω, ἱνα γνω, ὁτι παντος δυνατωτερα εϛιν ευσεβεια. Ἁυτη πραθεντα δικαιον ȣκ εγκατελιπεν, αλλα εξ ἁμαρτιας ερρυσατο αυτον· συγκατεβη αυτω εις λακκον και εν δεσμοις ȣκ αφηκεν αυτον, ἑως ηνεγκεν αυτω σκηπτρα βασιλειας και εξȣσιαν τυραννȣντων αυτȣ. VII, 27. Μια δε ȣσα παντα δυναται και μενȣσα εν ἁυτη τα παντα καινιζει, και κατα γενεας εις ψυχας ὁσιας μεταβαινȣσα φιλȣς Θεȣ και προφητας κατασκευαζει. Ουδεν γαρ αγαπα ὁ Θεος, ει μη τον σοφια συνοικȣντα. Sir. XXIV, 7. 8. αναπαυσιν (εγω σοφια) εζητησα και εν κληρονομια τινος αυλισθησομαι. Τοτε ενετειλατο μοι ὁ κτιϛης ἁπαν-

των

των και ὁ κτισας με κατεπαυσε την σκηνην μȣ και ειπεν, εν Ιακωβ κατασκηνωσον και εν Ισραηλ κατακληρονομηθητι. V. 16. και εῤῥιζωσα εν λαω δεδοξασμενω, εν μεριδι κυριȣ κληρονομιας αυτȣ. — Targ. Onk. Gen. III, 8. ושמעו ית קל מימרא דיי אלוהים מתהלך בגנתא --- ואמר (אדם) ואתא מימר .XX, 3 ית קל מימרך שמעית מן־קדם יי לות אבימלך בחלמא דליליא: Num. XXIII, 26. מימרא דיי אלההון ביניהון Cf. *Schoettgen Horae hebr.* T. II, p. 438 —472. Jon. Gen. 28, 10. חמשא ניסין אתעבידו ליעקוב בזמן דנפק מן בירא דשבע נסא קמא אתקצרו שעוי דיומא וטמע שימשא בלא אשוניה מן קדם דהוה דבירא מתחמד למללא עמיה: *Quinque miracula facta sunt Jacobo eo tempore, quo exiit ex Beerseba. Miraculum primum: breuiores factae sunt horae diei et occubuit sol ante tempus suum, eo quod desideraret sermo loqui cum Deo.* Quod hic absolute דְבִירָא (ὁ λογος) expressum est, exhibet Targ. Hieros. דְבִירֵיה *verbum eius* sc. *Jehouae.*

7)

7) Targ. Hieros. Deut. XXVI, 17. 18. ית מימרא דיי אמליכתון עליכון יומא דין למהוא לכון לאלהא: ומימרא דיי אמליך עליכון לשמיה לעם חביביא היך סגולה: *Verbum Domini regem constituistis super vos hodie, vt sit vobis in Deum. Sermo vero Jehouae factus est rex super vos nomine suo, tanquam super populum dilectum, tamquam peculium.* Sir. XXIV, 11. εν πολει ἠγαπημενη με (σοφιαν) κατεπαυσε και εν Ἱερȣσαλημ ἡ εξȣσια μȣ.

8) Sap. X, 15. — 18. Ἁυτη (ἡ σοφια) λαον ὁσιον και σπερμα αμεμπτον ερρυσατο εξ εθνȣς θλιβοντων. Εισηλθεν εις ψυχην θεραποντος κυριȣ και αντεστη βασιλευσι φοβεροις εν τερασι και σημειοις. Απεδωκεν ὁσιοις μισθον κοπων αυτων, ὡδηγησεν αυτȣς εν ὁδω θαυμαστη και εγενετο αυτοις εις σκεπην ἡμερας και εις φλογα αστρων την νυκτα. Διεβιβασεν αυτȣς θαλασσαν ερυθραν και διηγαγεν αυτȣς δι᾽ ὑδατος πολλȣ. Targ. Onk. Deut. I, 30. יי אלהכון דמדבר קדמיכון מימריה יגיח לכון ככל די עבד עמכון במצרים לעיניכון *Jehoua Deus vester, qui verbum suum vos praecedere jubet, dimicabit pro vobis,*

quem-

quemadmodum fecit in Aegypto ante oculos vestros.

9) Sap. XI, 1. Ευωδωσε (ἡ σοφια) τα εργα αυτων εν χειρι προφητȣ ἁγιȣ. Διωδευσαν ερημον αοικητον και εν αβατοις επηξαν σκηνας.

10) Hebr. XII, 26. ȣ̔ (Χριϛȣ v. 24.) ἡ φωνη την γην εσαλευσε τοτε sc. quum lex in monte sinaitico ferretur. Cf. *Michaelis Erklärung des Briefs an die Hebräer*, edit. II. 408. Hebr. XI, 26. 27. Μειζονα πλȣτον ἡγησαμενος (Μωσης) των εν Αιγυπτω θησαυρων τον ονειδισμον τȣ Χριϛȣ· απεβλεπε γαρ εις την μισθοποδοσιαν. Πιϛει κατελιπεν Αιγυπτον, μη φοβηθεις τον θυμον τȣ βασιλεως· τον γαρ αορατον (sc. Χριϛον) ὡς ὁρων εκαρτερησε. Sensus loci huius ab omnibus interpretibus male intellecti est hic: *Maluit Moses ob eam causam, quod consilia Messiae de liberandis ex seruitute Israelitis sequebatur, contumelia Aegyptiorum affici, quam, si ea non sequeretur, diuitiis et opibus Aegyptiorum suffundi, dum solummodo animum in eum,*

qui

qui (Messias) Israelitis inuisibilis (αορατος) *adjunctus erat comes, habuit intentum.* T. Jon. Deut. 1, 29. 30. לא תדחלון מנהון: מימרא דיי אלההון די מדבר קדמיכון הוא יגיח לכון ככל מה דעבד לכון במצרים למיחמיכון *ne timeatis ab illis. Sermo Jehouae Dei vestri, qui anteit vos, ipse pugnabit pro vobis; juxta omnia, quae fecit in Aegypto vobis videntibus.* Targ. Jon. Ex. XVII, 16. ובנא משה מדבחא וקרא שמיה מימרא דיי דין נסא דילי – – – ואמר ארום קיים מימרא דיי בכורסי יקריה דהוא במימריה יגיח קרבא בדבית עמלק וישיצי יתהון לתלתי דריא מדרא דעלמא דין ומדרא דמשיחא ומדרא דעלמא דאתי: *Aedificauit Moses altare et vocauit nomen eius: Sermo Domini hic vexillum meum. — — Et dixit: quoniam jurauit sermo Domini per solium gloriae suae, quod ipse sermone suo praeliabitur contra Amalekitas, — perdet eos in tres generationes, — a generatione huius saeculi et ab aetate Messiae et ab aetate saeculi venturi.* Cf. *Schoettg.* T. II. p. 459.

11) Sap. XI, 3. 4. εδιψησαν και επεκαλεσαντο σε, και εδοθη (δι σοφιας X, 21.) αυτοις εκ πετρας ακροτομȢ ὑδωρ, και ιαμα διψης

εκ

εκ λιθȣ σκληρȣ 1 Cor. X, 1—4. ȣ θελω δε ὑμας αγνοειν, αδελφοι, ὁτι ὁι πατερες ἡμων παντες ὑπο την νεφελην ησαν· και παντες δια της θαλασσης διῆλθον· και παντες εις τον Μωσην εβαπτισαντο εν τῃ νεφελῃ και εν τῃ θαλασσῃ· και παντες το αυτο βρωμα πνευματικον εφαγον· και παντες το αυτο πομα πνευματικον επιον· επιον γαρ εκ πνευματικης ακολȣθȣσης πετρας· ἡ δε πετρα ἠν ο Χριϛος. Omnem hunc locum ad hanc judaicam opinionem compositum esse, quilibet facile videbit; cf. *Wetstenium* ad h. l. Targ. Jes. XVI, 1. יהון מסקי מסין למשיחא דישראל דיתקוף על דהור במדבר טור כנשתא דציון *Asportent dona Messiae Israelitarum, qui robustus erit, propterea quod iste in deserto fuit rupes ecclesiae Zionis.* Tikkune Sohar c. 21. fol. 53, 2. שכינתא הוה נח על טנרא *Schechinah quieuit super petra*; vid. totum hunc locum apud *Schoettgenium* T. II. p. 116.

12) 1 Cor. X, 9. 10. Μηδε εκπειραζωμεν τον Χριϛον, καθως και τινες αυτων (Num. XXI.) επειρασαν και ὑπο των οφεων απω-

λοντο. Μηδε γογγυζετε, καθως και τινες αυτων εγογγυσαν και απωλοντο ὑπο τȣ ὀλοθρευτȣ. Lectio κυριον, quam b. *Schulzius* receptae praefert et *S. V. Griesbachius* eodem loco habet, originem duxit ex ignorantia librarii ad hunc locum rite intelligendum haud bene accincti. Targ. Jon. Num. XXI, 5. 6. 7. והדהרו עמא בלבביהון ואשתעיאו על מימרא דיי ובמשה נצו למא אסיקתונא ממצרים לממת במדברא ארום לית לחמא ולית מיא --- --- בגן גרי מימרא דיי בעמא ית חיוין חורמנין ונכיתו ית עמא --- ואתו עמא לות משה ואמרו חבנא ארום הדהירנא ואשתעינא ביקר שכינתא די י ועמך נצינא. *Et cogitauit et loquutus est populus contra verbum Jehouae et contendit contra Mosen, dicens: quare adscendere fecistis nos ex Aegypto vt moriemur in deserto? quare non adest panis et aqua? Propterea immisit verbum Domini in populum serpentes regulos et momorderunt populum. Et venit populus ad Mosen et dixit: peccauimus, quoniam cogitauimus et loquuti sumus contra gloriam Schechinae Jehouae et contra te contendimus.* Onk. et Jon. Deut. I, 26. סריבתון על־מימרא דיי *rebelles fuistis in sermonem Jehouae.*

14)

13) In vulgus notum est, etiam *Philonem* de λογῳ suo ita statuisse et praecepisse, vt omnes vet. Test. Θεοφανειας et Αγγελοφανειας, mundi gubernationem et hominum institutionem ad eum referret illumque sub symbolo externo columnae ignis et nubis Jsraelitis Arabiam transmigrantibus praesentem adfuisse putaret. Cf. *Philo's Lehrbegriff von Stahl in Eichhorni Allg. Bibl.* T. IV. p. 831 sqq.

§. 26.

De πνευματι Messiae.

Cum communi hominum more omnia sapienter consultoque acta et facta, quae a naturis ratione et libera agendi potestate praeditis proficiscuntur, ad πνευματικην quamdam a corporis mole haud impeditam iisque insitam vim referantur, nequaquam absonum fuit, quod antiquissimi jam terrarum orientalium Philosophi, rerum quippe sensibilium pondere ac onere maiori adhuc ex parte oppressi, de πνευματι Dei (Gen. I, 2. VI, 3.) loquerentur, quo tamen nil aliud sibi voluerunt, quam vt

efficaciam Supremi Numinis nullo sensibili impedimento coercitam describerent (Ps. 104, 30. Job. 26, 13.). Quae cum ita fuerint, haud male egerunt, vt hoc πνευμα etiam cum τῳ λογῳ, per quem omnis Supremi Numinis vis se exserere solet, communicarent illudque huic aeque proprium et commune cum Deo attribuerent. Quare Judaei το πνευμα τȣ λογȣ vel Χριϛȣ jam in creando mundo [1]) suas partes transegisse et subsequente tempore prophetas de rebus diuinis monuisse iisque arcana Dei consilia instillasse [2]) pronuntiarunt. Tantum autem abest, vt hoc πνευμα Θεȣ et λογȣ in meram notionem reprimerent, vt potius emanatismi lege illud Deo et λογῳ loco tertio jungerent. Quem omnium rerum vnicum et solum fontem laudauerunt, est Deus, e quo primo actu emanauit ὁ λογος seu ἡ σοφια [3]); quod vtrique commune est, το πνευμα, a Kabbalistis nomine της בִּינָה exornatum [4]), origine sua ad vtrumque redit, sicque ὁ λογος et το πνευμα cum Deo [5]) efficiunt ἑναδα abso-

absolutissimam [6]). Quod cum Judaei statuerent, haud sinistre judicarunt, Messiam spiritu sancto omnem in modum suffusum [7]), atque vi ac virtute eius aeterna in assequendis summis muneris sui salutaris finibus ductum iri [8]), eiusque aetatem hac singulari nota fore conspicuam, vt *το πνευμα ἁγιον* se inter homines cumprimis efficax redderet [9]).

1) Sohar edit. Sulzb. I. fol. 128. ad Gen. 49, 11. כתיב ורוח אלוהים מרחפת על פני המים דא רוחא דמלכא משיחא: *Scriptum est* (Gen. I, 2.): *spiritus Dei incubabat aquis. Spiritus is est regis Messiae.* Bereschith Rabba T. II. p. 5. רוח) *hic* זו רוחו של מלך המשיח אלוהים Gen. I, 2.) *est spiritus regis Messiae.* Cf. *Nagelii Diss.* in Gen. I, 2. p. 24.

2) 1 Petr. I, 10. 11. *Περι ἡς σωτηριας εξεζητησαν και εξηρευνησαν προφηται, ὁι περι της εις ὑμας χαριτος προφητευσαντες· ερευνωντες, εις τινα η ποιον καιρον εδηλȣ το εν αυτοις πνευμα Χριςȣ, προμαρτυρȣμενον τα εις Χριςον παθηματα και τας μετα ταυτα δοξας.*

3)

3) Sir. 24, 3. εγω (σοφια) απο ςοματος ὑψιςȣ εξηλθον v. 9. προ τȣ αιωνος απ᾽ αρχης εκτισε με.

4) Secundum locum Jes. XI, 2. רוח יהוה רוח חכמה ובינה. Eschel Abraham f. 101. c. 1. not. רוח קודשא דנפיק מאלוהים חיים שהיא בינה *spiritus sanctus a Deo procedens est* בִּינָה.

5) In arbore Kabbalistica tres priores Sephirae: (כֶּתֶר) מַחְשָׁבָה, חָכְמָה, et בִּינָה indiuisam Supremi Numinis essentiam indicantes hancque ob causam Sephirae αρχικαι dictae. Cf. *Eichhornii Allg. Bibl.* T. 3. p. 202 sqq. *Die geheime Lehre der alten Orientaler und Juden* (*von Hallenberg*). *Rostock und Leipzig*, 1805. 8. *p.* 141.

6) Schaare Ora edit. Mant. f. 83. דע כי זו היא החכמה אינה נפרדת מן הבינה עולמית לפי ששתיהון ארוקות בספירת הכתר --- ולפי ששתי אלו הספירות מתאחדות לעולם חכמה ובינה לפי שם יה אינו משתנה לעולם *scias, sapientiam nunquam diuelli ab intelligentia* (בינה), *propterea quod istae duae connexae sunt in corona. Et quia istae duae Sephirae vni-*

vnitae sunt in aeternum, sapientia sc. et intelligentia, propter nomen Jah (h. e. in essentia diuina), *nulla in aeternum mutatur.* Sepher Pheliah ms. fol. 7. החכמה אצלת מכתר עלוון הנקרא אין והבינה מאין שהוא כתר וחכמה ושלשתם ראש אחד *sapientia emanat e corona suprema, quae vocatur* (סוף) אין, *et intelligentia (emanat) ex* אין (*qui est corona*) *et ex sapientia; haecque tria constituunt caput vnum.* Cf. *Sommeri specimen Theologiae Soharicae* p. 4. 5. 61.

7) Targ. Jon. Jes. 42, 1. הא עבדי משיחא אתן רוחא דקודשי עלוהי: Joh. III, 35. ου γαρ εκ μετρου διδωσιν ὁ Θεος (Χριστῳ) το πνευμα. Cf. Act. X, 38.

8) Ita saltem statuit auctor epistolae ad Hebraeos, e cuius sententia (IX, 14.) Jesus Christus δια πνευματος αιωνιου ἑαυτον προσηνεγκεν αμωμον τω Θεω atque hoc ipso modo reconciliationis opus rite perfecit. Quam ob causam de illo hoc πνευματι αιωνιω penitus circumfuso et acto etiam dici potuit, ἑυρηκεναι αιωνιον λυτρωσιν (v. 12.), neque ἑαυ-

τον

τον δοξασαντα γενηθηναι αρχιερεα, sed a Deo vocatum et constitutum esse ἱερεα εις τον αιωνα, qui πασιν αιτιος σωτηριας αιωνιȣ exstiturus sit (V, 5. 6. 9.). Etenim ȣ κατα νομον εντολης σαρκικης ἱερευς γεγονεν, αλλα κατα δυναμιν ζωης ακαταλυτȣ. Μαρτυρει γαρ· ὁτι συ ἱερευς εις τον αιωνα κατα την ταξιν Μελχισεδεκ (VII, 16. 17.). Nolumus plura addere, sed ex his paucis jam satis clarum fit, auctorem huius epistolae, genere ac patria haud dubie antea Judaeum Alexandrinum, sublimiori Judaeorum Christologia initiatum fuisse atque in exaranda epistola sua hanc sibi scripsisse legem, vt doctrinam de Jesu eiusque natura sublimiore officioque salutari ex illa exponeret atque exornaret, quem in finem lectores suos etiam adhortatus est, αφεντες τον της αρχης τȣ Χριϛȣ λογον επι την τελειοτητα φερεσθαι (VI, 1.).

9) Matth. XII, 28. ει εγω εν πνευματι Θεȣ εκβαλλω τα δαιμονια, αρα εφθασεν εφ' ὑμας ἡ βασιλεια τȣ Θεȣ.

§. 27.

§. 27.

De Messia corpore humano vel vere vel κατα φαντασιαν seu εν δοκησει induto.

Cum Judaeorum pars Messiam venturum communi hominum conditione haud maiorem (§. 21.), altera vero in illo genium maximae dignitatis coelestem vel ipsum λογον Deo conjunctissimum (§. §. 22 — 24.) conspicuum fore putaret, haud aliter fieri potuit, quam vt etiam in soluenda quaestione de Messiae corpore vel vere humano vel mere opinato in transuersum tramitem excurrerent. Videlicet, quibus persuasum fuit, Messiam personam communi hominum indole superiorem et excellentiorem acturum esse, in eam se adductos cernebant sententiam, vt Messiam pari modo, vt reliqui coelites hominibus se conspicuos reddere solent [1]), corpore minime vere sed tantum εν δοκησει humano amictum in his terris versaturum esse existimarent [2]). Quam opinionem haud paucos tenuisse, ex eo potest cognosci,

gnosci, quod jam Apostoli nouam Dei ecclesiam cum maxime fundatam per illam viderint turbatam et omnes in tuendam contra δοκητισμȣ errorem sanam Euangelii doctrinam vires intenderint [3]).

1) Tob. XII, 19. πασας τας ἡμερας (εγω Ραφαηλ) ὠπτανομην ὑμιν, και ȣκ εφαγον ȣδε επιον, αλλα ὁρασιν ὑμεις εθεωρειτε; cf. *Ilgenii Geschichte Tobi's* p. 263.

2) IV Esdr. XIII, 32. *Tunc reuelabitur filius meus, quem vidisti vt virum* (כבר נשא Dan. VII, 13. h. e. assumto in speciem corpore humano), *ex medio mari ascendentem.*

3) 1 Joh. IV, 3. παν πνευμα, ὁ μη ὁμολογει τον Ιησȣν Χριϛον εν σαρκι εληλυθοτα, εκ τȣ Θεȣ ȣκ εϛι. 11 Epist. v. 7. πολλοι πλανοι εισηλθον εις τον κοσμον, ὁι μη ὁμολογȣντες Ιησȣν Χριϛον ερχομενον εν σαρκι. Persuasum mihi etiam est, Euangelisten in hunc eumdem finem in Commentariis suis historicis XIX, 34. expressis verbis τȣ ἁιματος και ὑδατος εκ της πλευρας Ιησȣ prosilientium mentionem fecisse; cf. progr. meum *de Origi-*

ne

ne Euangelii Johannis Erl. 1806. p. 45. Hebr. II, 16. ωφειλε κατα παντα τοις αδελφοις (Χριστον) ὁμοιωθηναι. IV, 15. ου γαρ εχομεν αρχιερεα μη δυναμενον συμπαθησαι ταις ασθενειαις ἡμων, πεπειρασμενον δε κατα παντα καθ' ὁμοιοτητα, χωρις ἁμαρτιας. Cf. *Augusti Lehrbuch der Dogmengeschichte* p. 21. *Münteri Handbuch der ältesten christl. Dogmengeschichte* T. II. p. 2. pag. 259 sqq.

§. 28.

De Messia nunquam morituro.

Quamuis Judaeorum longe maxima pars in eo fuerit, vt Messiam venturum nil nisi mere hominem ducerent, nihilominus tamen a necessitate naturae debitum soluendi, quae omnes omnino homines premit, immunem illum declararunt [1]). Habuerunt etiam, quod ita statuerent, cum veterum prophetarum oracula ne minimam mortis Messiae mentionem vllibi injiciant, omnisque negotii ab illo suscipiendi ratio talis esset, vt

eum

eum perpetuo in vita mansurum esse necessario ponendum fuerit.

1) Joh. XII, 34. απεκριθη αυτω (Ιησȣ) ὁ οχλος· ἡμεις ηκȣσαμεν εκ τȣ νομȣ, ὁτι ὁ Χριϛος μενει εις τον αιωνα. Neue Schalom l. 9. c. 5. האדם האחרון הוא המשיח כמו שאמר ירום ממשה ואמנם אמרם וגבה ממלאכי השרת הוא הנצחות באיש. *Homo secundus est Messias, sicut dicitur: erit supra Mosen, et vere addunt, supra angelos ministerii, erit immortalis in indiuiduo (h. e. solus inter homines).* Bechai Comment. in Pentat. fol. 21. c. 1. ad Gen. XI, 10. משיח בן דוד לא יהיה בו מיתה אבל הוא עתיד שיחיה לעולם *Messias dauida non moritur, sed ille erit, qui in aeternum viuet.* Menorath Hammeor fol. 81. col. 2. משיח שעתיד ליגלות אומר לו הקב״ה שאל מה אתה מבקש ואני נותן לך --- כיון שרואה שמשיח בן יוסף נהרג אומר לפניו איני מקבש ממך אלא חיים׃ *Ad Messiam, qui reuelabitur, dicet Deus S. B.: poscas a me, quae petere vis dabo tibi. Cum deinde Messiam Josephidam viderit occisum, respondebit ei: nihil peto a te quam vitam* (sc. *sempiternam.*).

§. 29.

§. 29.

De Messiae passione ac morte.

Nihilominus jam Jesu Apostolorumque aetate inter Judaeos fuisse uidentur, qui Messiam mortem eamque violentam aliaque mala occubiturum esse putarent [1]). Qui autem factum sit, vt in hanc sententiam adducerentur, difficile est exploratu, si hanc opinionem non ex alieno fonte emanasse nonnullorumque Judaeorum animis superfusam esse dixeris. Facile quidem est conjectu, hos Judaeos, vt Messiam in perficiendo opere suo multis magnisque impedimentis et calamitatibus vexatum iri diuinarent, mutato inde ab exilio babylonico rerum publicarum statu eiusque consiliis nulla ex parte idoneo monitos [2]), aut modestiori ac saniori Essaenorum doctrina perculsos esse [3]), vt ita statuerent; tamen, qui factum sit, vt Messiam *mortem* eamque *violentam* subiturum esse existimarent, hoc vnico modo erit explorandum et perspiciendum, vt su-

sumatur, illos suum de Messia dogma sicuti in aliis rebus (§. 17 — 19.) ita et in hoc capite Christologia samaritana (§. 7.) adulterasse [4]).

1) Joh. I, 29. τῃ επαυριον βλεπει ὁ Ιωαννης τον Ιησουν ερχομενον προς αυτον και λεγει· ιδου ὁ αμνος του Θεου, ὁ αιρων την ἁμαρτιαν του κοσμου; cf. quae ad hunc locum obseruauit *Staeudlinus* in comment. *von dem Ursprunge der Idee eines leidenden, büssenden und sterbenden Messias*, insert. Biblioth. Theolog. Goetting. T. 1. p. 241. Ex eo quoque colligi posse videtur, quod locus Jes. LII, 13 sqq. in *Targum Jon.*, (quod, si vel seriore demum aetate in praesentem suam formam redactum sit, tamen antiquiores et aeuo apostolico haud inferiores, ne dicam, maiores interpretationes vel lectiones synagogales continet atque ex iis, sicuti omnes reliquae paraphrases chaldaicae, conflatum est) ad Messiam expressis verbis referatur; cf etiam *Schoettg.* l. c. T. II. p. 181 sqq. *Eisenmengeri entdecktes Judenthum* T. 2. p. 757.

2) Cf. Commentat. mea *de Ortu Theologiae vett. Hebrr.* part. 1. p. 136. not. c.

3)

3) Quod visum est *S. V. Staeudlino* l. c. p. 240 sqq.

4) Potest id et hoc eoque haud leui argumento adstrui: seriores Judaeos solummodo de Messia *ben Joseph*, quem Samaritanorum Χριστον esse supra (§. 17.) demonstrauimus, statuisse, quod morte caderet. *Sohar* edit. Sulzb. P. III. fol. 82. ויתכליל ביה משיחא אחרא בריה דיוסף --- ובגין דלית ביה חי ימות משיח דא ויתקטיל ויהא מת ומנא *Adjungetur ei (Messiae ben Dauid) Messias alter, filius Josephi. Quia vero in eo non est vita* (ζωη εν ἑαυτω Joh. V, 26. cf. supra loc. ex *Menorath Hammaor* §. 28.), *morietur hic Messias et occidetur et in statu mortis permanebit ad tempus.* Menorath Hammaor fol. 81. col. 2. אמרו רבותינו שמלך אחר שאינינו מזרע דוד יקדימנו ויהרג וקראוהו משיח בן יוסף *Rabbini nostri dixerunt, quod (praeter Messiam ben Dauid) alius rex, originem suam non ex semine Dauidis ducens, ipsum praeibit et occidetur, quem nominauerunt Messiam ben Joseph.* Schene Luchoth Habberith fol. 242. col. 1. כי לא יבוא משיח בן יוסף לצורך עצמו רק יבוא בשביל משיח בן דוד כי הוא ימסור נפשו

כפשר והרעה כפשר למות ודמו יכפור על עם
Nam Messias ben Joseph non veniet in suam ipsius vtilitatem, sed propter Messiam ben Dauid. Nam ille semet ipsum vitamque suam morti tradet et sanguis eius placabit populum.

§. 30.

De populo hebraico a Messia in libertatem vindicando.

Quibus praestructis nunc progrediendum erit ad varias muneris partes Messiae a Judaeis Jesu Apostolisque aequalibus injunctas, inter quas primo loco eas habebant, vt Messias illos, decusso imperii romani turpi jugo, in libertatem pristinam vindicaturus [1]) omnesque exsules in patriam reducturus sit [2]). Quod insigne et salutare opus cum animo reputarent, illum honorifico τȣ σωτηρος [3]) nomine exornare atque ab eo την λυτρωσιν vel σώτηριαν populi repetere solebant [4]).

1) Luc. 1, 67 — 71. Και Ζαχαριας προεφητευσε λεγων· ευλογητος ὁ Θεος τȣ Ισραηλ· ὁτι επε-

επεσκεψατο και εποιησεν λυτρωσιν τω λαω ἀυτȣ και εγειρε κερας σωτηριας ἡμιν εν τω αικω Δαβιδ τȣ παιδος ἀυτȣ, καθως ελαλησε δια ϛοματος των ἁγιων, των απ' αιωνος, προφητων ἀυτȣ, σωτηριαν εξ εχθρων ἡμων και εκ χειρος παντων των μισȣντων ἡμας. Luc. II, 38. και ἀυτη (Αννα) ελαλει περι αυτȣ (Ιησȣ) πασι τοις προσδεχομενοις λυτρωσιν εν Ἱερȣσαλημ. Luc. XXIV, 21. ἡμεις δε ηλπιζομεν, ὁτι αυτος εϛι μελλων λυτρȣσθαι τον Ισραηλ. Act. I, 6. ὁι (Αποϛολοι) μεν επηρωτων αυτον λεγοντες· Κυριε, ει εν τω χρονω τȣτω αποκαθιϛανεις την βασιλειαν τω Ισραηλ; 4 Esdr. XII, 34. *Nam (Messias) residuum populum meum liberabit.* Cf. supra §. 8.

2) 4 Esdr. 12. 13. 39. 40. *Et post hanc vidi ipsum hominem (Messiam) descendentem de monte et vocantem ad se multitudinem aliam pacificam; et accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium. — Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam, hae sunt septem tribus, quae captiuae factae sunt de terra sua in diebus Oseae regis, quem captiuum duxit*

 Sal-

Salmanasar rex Assyriorum, et transtulit eas trans flumen et translati sunt in terram aliam.

5) Cf. supra §. 9. pag. 30.

5) Id quod est in causa, cur verbum σωθῆναι in dialectum N. T. tam multis in rebus ad Christologiam judaicam conformatam eique adcommodatam, significatione: *in numerum assectarum Jesu adscisci* (Marc. X, 26.) receptum fuerit.

§. 31.

De sacris moribusque a Messia purgandis.

Jam veteres prophetae dulci spe tenebantur, fore vt Messias cultum sacrum in pristinam suam solemnitatem ac integritatem restitueret et emendaret, coetum Jehouae accessione multorum gentilium augeret, atque populo meliorem et sanctiorem animum studiumque religionis feruidius ac perenne informaret moresque deprauatos castigaret et purgaret; atque etiamnum Jesu Apostolorumque aetate pios Israelitas ab hac exspectatione pepen-

disse

disse satis constat. [1]). Accedit, quod Messiam alterum Mosen et eum futurum esse putarent, penes quem, antiquitatis quippe institutis maiorem [2]), non solum potestas sit legum abrogandarum vel innouandarum; sed qui etiam hoc suo jure bene vsurus et populo multas nouas leges scripturus sit [4]).

1) Luc. I, 73. 74. τȣ δȣναι ἡμιν, αφοβως, εκ χειρος των εχθρων ἡμων ρυσθεντας, λατρευειν αυτω εν ὁσιοτητι και δικαιοσυνη ενωπιον αυτȣ, πασας τας ἡμερας της ζωης ἡμων. II, 29 — 32. Νυν απολυεις τον δȣλον σȣ, δεσποτα, εν ειρηνη· ὁτι ειδον οἱ οφθαλμοι μȣ το σωτηριον σȣ, ὁ ἡτοιμασας κατα προσωπον παντων των λαων Φως εις αποκαλυψιν εθνων και δοξαν λαȣ σȣ Ισραηλ: Id quod his verbis declaratur, etiam gentiles, religionem Jehouae amplexos, in societatem regni messiani adductum iri, tamen ad paucos sapientiores pertinuisse videtur; nam vulgi inhumanitas et maleuolentia erga exteros tanta fuit, vt in odium generis humani abiret. Cf. Tacit. H. V, 4. Diod. S. II, 524. WS; his tamen

men accensendus est auctor libri Mikraë Kodesch, qui fol. 108. col. 1. egregie ita scribit: עיקר ביאת המשיח הוא כדי שכל העמים כלם יקראו בשם יהוה ויעבדוהו שכם אחד כי אינו חפץ הם יתברו במות הרשע אם ליעצו וללמדו שישוב אליו ויעבדהו כי הכל מעשה ידיו: *Caput et summa rei in aduentu Messiae in eo continetur, quod omnes omnino populi adorent Jehouam illumque colant vnanimiter; nam Jehouah nullam voluptatem capit ex morte improbi, sed consiliis suis eum vult edocere, vt se ad illum conuertat; nam omnes sunt opus manuum eius.*

2) Marc. II, 28. *κυριος εϛιν ὁ ὑιος τȣ ανθρωπȣ και τȣ σαββατȣ.*

3) Midrasch Schir Hasschirim ad II, 13. אמר ר' חייא סמוך לימות המשיח דבר גדול בא לעולם - - - והתורה חוזרת לחדושה ומתחדשת לישואל: *Dixit R. Chijah: referendum est hoc ad dies Messiae. Res magna ventura est mundo, - - - lex conuertetur ad nouitatem et renouabitur Jsraeli.* Jalkut Schimuni in Jes. fol. 46. col. 1. וה'קבה יושב ודרש תורה חדשה שעתיד ליתן על ידי משיח *Deus*

S.

S. B. sedebit praedicans nouam legem, quam daturus est per Messiam. Emeck Hammelech fol. 196. col. 1. ad Jes. XII, 3. אין מים אלא תורה ואין מעיני הישועה אלא תורתו של משיח הם הרזין שכסה אותם עתיק יומיא וגזר עליהם שלא יתגלו עד ביאת הגאל: *Aquae nil aliud sunt quam lex, et aquae salutis nil aliud quam lex Messiae; sunt autem arcana illa, quae antiquus dierum* (Dan. XII, 15.) *obtexit et occlusit, ne reuelentur vsque ad aduentum saluatoris.* Eph. I, 9. *γνωρισας ἡμιν το μυστηριον τȣ θεληματος ἁυτȣ κατα την ευδοκιαν ἁυτȣ, ἡν προεθετο εν αυτω, εις οικονομιαν τȣ πληρωματος των καιρων.* Rom. XVI, 25. *κατα αποκαλυψιν μυστηριȣ, χρονοις αιωνιοις σεσιγημενȣ, φανερωθεντος δε νυν.* Matth. XIII, 11. *ὑμιν δεδοται γνωναι τα μυστηρια της βασιλειας των ȣρανων.*

§. 32.

De tollendis per Messiam peccatorum poenis.

Cum Judaei omnem salutem arcanis Dei consiliis sibi distinatam ab aduentu Messiae repetere solerent, haud abs re fuit,

fuit, quod aeuo messiano, conciliata ipsis Dei gratia, *ἀφεσιν των ἁμαρτιων* impetraturos esse se jactarent [1]). Videlicet jam inde ab exilio babylonico se in eo esse statuebant ac judicabant, vt Deo ob peccata populi per longum tempus praefracta mente commissa poenas dent ac persoluant justissimas; quam ob rem quouis tempore, quo rerum suarum status in melius se mutare coeperit, sibi contigisse visi sunt, vt in gratiam et amicitiam cum Deo redirent [2]). Hinc eo magis, aduentante Messia cumque eo *της χρηστοτητος και φιλανθρωπιας Θεȣ επιφαινομενης* [3]), fore sperabant, vt Deum penitus sibi placatum ac semper propitium haberent. Quae cum ita sint, facile est perspectu, eos eam, quam Messiae acceptam relaturi sint, *ἀφεσιν ἁμαρτιων*, ad *ἁμαρτηματα προγεγονοτα* [4]) retulisse atque illius causam solummodo in Deo eiusque libera gratia, neque vero in Messiae passione ac morte quaesiuisse, quod jam ideo in eos non cadere potuit,

quan-

quandoquidem longe plurimis de Messia passuro et morituro nil constiterit.

1) Matth. I, 21. αυτος (ὁ Χριςος) σωσει τον λαον ἁμαρτιων αυτων. Luc. I, 76. 77. συ, παιδιον, προπορευση προ προσωπȣ κυριȣ, ἑτοιμασαι ὁδȣς αυτȣ, τȣ δȣναι γνωσιν σωτηριας τω λαω αυτȣ, εν αφεσει ἁμαρτιων αυτων.

2) Debellatis olim Syrorum copiis, laudauerunt *Iudam Maccabaeum* ceu αποςρεψαντα οργην απο Ισραηλ 1 Macc. III, 8. vel τρεψαντα την οργην τȣ Κυριȣ εις ελεον 2 Macc. VIII, 5. et, diuicto *Nicanore*, ευλογȣντες ησαν και εξομολογȣμενοι τω Κυριω, αρχην ελεȣς ταξαντος αυτοις, και τον ελεημονα Κυριον ηξιȣν, εις τελος καταλλαγηναι τοις ἁυτȣ δȣλοις v. 27. 29. cf. 2 Macc. VII, 38. et *Daniel aus dem Hebräisch-Aramaischen übersetzt von L. Bertholdt* T. 2. p. 617.

3) Tit. 3, 4.

4) Rom. III, 25.

§. 33.

§. 33.

De miraculis a Messia patrandis.

Dum Judaei Messiam, si vel longe plurimi inter eos illum natura sua communi hominum indole haud superiorem habuerint, tamen praeter omnem naturalem ordinem in perficiendo opere suo a Deo adjutum iri putabant, facile iis persuasum esse potuit, aetatem eius non solum futuram esse insignem multis ac magnis portentis in rerum natura conspiciendis [1]), sed etiam Messiam ipsum talem se praestiturum, qui mire factorum laude quam maxime floreret [2]).

1) Sohar part. II. fol. 8. Amst. אמר ר' שמעון לרבי אליעזר בריה אליעזר בזמנא דיתער מלכא משיחא כמה אתין ונסין אחרונין יתערו בעלמא. *Dixit R. Schimeon ad R. Elieser filium suum: Elieser! tempore, quo reuelabitur rex Messias, quot signa et miracula alia conspicienda se dabunt in mundo!* 4. Esdr. XIII, 50. *et tunc ostendet eis multa plurima portenta.* Cf. supra §. 13. nott. 17. et 18. Originem huius opinionis repetendam esse e locis Jes. XXXV, 5. 6. et LXI, 1., recte obseruauit

uit S. V. *Rosenmüller* in schol. ad b. *Seileri* librum posthumum: *Ueber die Beschaffenheit, Zwecke und Wirkungen der bewundernswürdigen Thaten Jesu und seiner Apostel.* Lips. 1810. 8. pag. 21 sq. Nam istos locos Theologi Judaeorum ad Messiam aeuumque Messianum retulerunt.

2) Joh. VII, 31. πολλοι εκ του οχλου επιστευσαν εις αυτον και ελεγον· ὁτι ὁ Χριστος ὁταν ελθη, μητι πλειονα σημεια τουτων ποιησει, ὡν οὑτος εποιησεν; Matth. XII, 22—24. προσηνεχθη αυτω δαιμονιζομενος, τυφλος και κωφος· και εθεραπευσεν αυτον, ὡστε τον τυφλον και κωφον και λαλειν και βλεπειν· και εξισταντο παντες οἱ οχλοι και ελεγον· μητι οὑτος εστιν ὁ ὑιος Δαβιδ; οἱ δε Φαρισαιοι ακουσαντες ειπον· οὑτος ουκ εκβαλλει τα δαιμονια, ει μη εν τω Βεελζεβουλ, αρχοντι των δαιμονιων. Luc. VI, 19. και πας ὁ οχλος εζητει ἁπτεσθαι αυτου, ὁτι δυναμις παρ᾽ αυτου εξηρχετο και ιατο παντας. Cf. Marc. V, 30. VI, 56. *Ph. Fr. Poeschel über den genauen Zusammenhang der messianischen Zeitbegriffe mit den Wundergeschichten und positiven Lehren des N. Test. in Au-*

gu-

gusti theol. Monatsschrift für das Jahr 1802. fasc. 7. p. 3 *sqq.*

§. 34.

De descensu Messiae ad inferos.

Quum Judaei salutem per Messiam adferendam ex benigno Dei consilio ad omnes Abrahamidas pertinere nulli dubitauerint, ab eo tempore, quo dogmate de noua alia post resurrectionem corporum futura vita aliunde accepto [1]) doctrinarum suarum formulam auctam videbant, haud a se impetrare potuerunt, vt innumeros per longam tot saeculorum seriem jam vita defunctos et ad orcum missos ea potiunda excluderent; quam ob causam in eam se adduci passi sunt sententiam, vt crederent, Abrahamidas vita jam defunctos, elucescente aetate messiana, ad lucem esse redituros [2]). Quem in finem Messiae esse ducebant, vt ille, eximia quippe, qua polleret, dignitate, qui orcum aperiat, bene idoneus atque

haud

haud impar [3]), ad inferos descenderet [4]) omniumque Israelitarum animas, exceptis paucis [5]), ex iis liberaret et in hunc orbem terrestrem reduceret [6]). Quamuis autem Messias hoc beneficium solos in Israelitas orco inclusos collaturus sit, olim tamen tempore Noachi fuere, qui haud sua culpa quin potius a geniorum coelestium praua progenie decepti et seducti [7]) improbitatis poenas sibi contraherent, quibus praeconio suo perculsis et in melius mutatis hanc singularem ob causum gratiam diuinam annuntiaturus sit [8]).

1) *Flügge's Geschichte des Glaubens an Unsterblichkeit etc.* T. 1. p. 201 sqq.

2) Vid. Dan. XII, 13. et quae obseruauimus ad h. l. Jalkut Schimoni in Jes. fol. 42. col. 3. n. 269. לעולם הבא הק'בה מציל את ישראל מגיהנם בזכות המילה *in saeculo futuro liberabit Deus S. B. Israelitas ex infero ob meritum circumcisionis.* In libro quodam Jeremiae apocrypho, testibus Justino (Dial. c. Tryph. ed. Col. p. 298.) et Irenaeo (adu. haer. 4, 39.) haec-

haecce legebantur: εμνησθη δε κυριος ὁ Θεος ἁγιος Ισραηλ των νεκρων ἀυτȣ των κεκοιμημενων εις γην χωματος, και κατεβη προς αυτȣς ευαγγελισασθαι αυτοις το σωτηριον αυτȣ.

3) Apoc. 1, 18. εχω τας κλεις τȣ ἁδȣ και τȣ θανατȣ, cf. *Eichhornii* Comment. ad h. l.

4) Eph. IV, 8. 9. Διο λεγει· Αναβας εις ὑψος, ηχμαλωτευσεν αιχμαλωσιαν και εδωκε δοματα τοις ανθρωποις· το δε ανεβη, τι εστιν ει μη ὁτι και κατεβη πρωτον εις κατωτερα μερη της γης.

5) *Mischna* Tr. Sanhedrin c. XI. 1. 2. edit. Sur. part. IV. pg. 259 sq. כל ישׂראל ישׁ להם חלק לעולם הבא : ואלו ישראלים שאין להם חלק לעולם הבא האומר אין תחיית המתים אין תורה מן השמים ואפיקורוס ; ר' עקיבא אומר אף הקורא בספרים החיצונים: אבא שאול אומר אף ההוגה את השם באותיותיו: ג'מלכים וארבעה הדיוטות אין להם חלק לעולם הבא ג' מלכים ירבעם אחאב ומנשה ד' הדיוטות בלעם ודאג ואחי תופל: *omnes Israelitae participes erunt*

erunt saeculi futuri. Hi tamen ex Israelitis saeculi futuri exsortes erunt: qui negat, esse resurrectionem mortuorum (Sadducaei?), legem esse de coelo, et Epicuraeus. R. Akiba dicit: is quoque, qui libros extraneos legit; Aba Schaul: is etiam qui nomen (יְהוָֹה) *suis literis pronuntiat. Tres reges et quatuor idiotae saeculi futuri exsortes erunt; tres reges: Jerobeamus, Achabus, Manasses. Quatuor idiotae: Bileamus, Doeg et Achitophel.*

6) Bereschith Rabba ad Gen. 24, 67. אמר ר' יושוע בן לוי אולית עם קפוד מלאכא עד דאתיתי בתרעי גיהנם מיד שרריה קפוד למשחא גיהנם מרישיה עד סופיה ולא הוה ליה שעתא פנייא למשחא דבההיא עידנא קטלו לר' שמעון בן גמליאל ובעינא למיזל ולא יכילית ובתר כן אזולית עם קפור מלאכא ואזל עמי משיח בן דוד עד דאתיתי בתרעי גיהנם כד חזון אסיריא דגיהנם נהוריה דמשיחא שרו לקבליה אמרין דין יפקיננא מן הדין חשיכא שנאמר מיד שאול אפדם ממות אגאלם וכדין ישעיהו אומר ופדוי יהוה ישובון ובאו ציון ואין ציון האמור כאן אלא גן ערן. *Dixit R. Josua Ben Leui: iui cum angelo Kipphod, vsque quo perueni ad portas inferni statimque misi*

an-

angelum Kipphod, vt mensuraret Gehennam a capite vsque ad finem; non fuit autem ei hora vacans ad mensurandum, quia tunc occiderunt R. Simeonem filium Gamalielis, et volui ire et non potui. Post haec autem iui cum angelo Kipphod, et iuit mecum Messias filius Dauidis, vsque quo perueni ad portas inferni. Cum autem viderint vincti, qui sunt in Gehenna, lucem Messiae; fuerunt laetantes ad recipiendum eum, dicentes: iste educet nos de hac obscuritate, sicut dictum est (Hos. XIII, 14.) *de inferno redimam eos, de morte liberabo eos. Et sic dicit Jesaias* (XXXV, 10.): *redempti Jehouae redibunt et intrabunt Sion. Non est autem Sion dictum hic nil nisi Paradisus.* Bereschitli Rabba ad Gen. XLIV, 8. ההוא רשום נגילה ונשמחה בך אימתי כשיעלו הגליות מגיהנם והשכינה בראשם שנאמר ויעבר מלכם לפניהם ויהוה בראשם *Hoc est, quod scriptum est* (Cant. I, 4.): *exsultabimus et laetabimur in te. Quando? quando adscendent captiui ex inferno et Schechinah in capite eorum, sicut dictum est* (Mich. 2, 13.): *et progredietur rex eorum ante eos et Iehoua in capite illorum.* Emeck Hammelech fol. 138. col. 4. בן דוד יעבור שם להצילם *Filius Dauidis*

uidis transgredietur illam (Gehennam) liberaturus illos. Cf. *Eisenmenger* T. II. p. 361 sqq.

7) *Liber Enoch* in Fabricii Cod. Pseudep. vet. Test. T. 1. 187 — 195. coll. *S. V. Vogel Comment. über* 1 *Petr. III,* 18. 19. *in Gableri Journal für theol. Literatur* T. V. p. 321 sqq.

8) 1 Petr. III, 18. 19. ὁτι και Χϱιϛος ἁπαξ πεϱι ἁμαϱτιων επαθε, — θανατωθεις μεν σαϱκι, ζωοποιηθεις δε τω πνευματι, εν ὡ και τοις εν φυλακη πνευμασι ποϱευθεις εκηϱυξεν, απειθησασι ποτε· ὁτι ἁπαξ εξεδεχετο ἡ τȣ Θεȣ μακϱοθυμια εν ἡμεϱαις Νωε. Cf. *Pottii* exc. III, ad epistoll. catholl. Vol. II, edit. 2. p. 329 sqq. *Schmidt über* 1 *Petr. III,* 19. 20. *in der Bibl. für Kritik etc.* T. 1. p. 301 sqq. *Gabler über* 1 *Petr. III,* 18. 19. *in eiusdem Journal für theol. Lit.* T. 5. p. 417 sqq.

Tantum autem abest, vt putauerint, has animas aeque ac animas Israelitarum, duce Messia, in orbem terrestrem redituras et in societatem regni messiani venturas esse, vt potius nil nisi de liberandis iis ab inferni poenis, vt ad vniuersalem vsque mortuorum resurrectionem (§. 41.) *in orco* meliori ac laetiori vti possint conditione, cogitasse certum sit. Nam

in

in *Mischnah* tr. Sanhedrin c. XI, 3. edit. Surenh. T. IV. p. 266. *generatio diluuii* (דור המבול) in numero earum generationum habetur, quae felicitatis regni messiani non fierent participes.

§. 35.

De resurrectione prima seu justorum.

Liberatis ergo per Messiam ex orco Israelitarum animabus, corpora, quibus antea indutae fuerant, in meliorem statum refícta [1]) vbicumque terrarum [2]) e sepulcris vel aliis latibulis, canentibus tubis [3]), prodibunt [4]) iisque denuo jungentur. Quae resurrectio, cum praeclusis omnibus reliquis vita defunctis [5]), solum ad Israelitas pertinebit et adhuc aliam post se habebit (§. 41.), nominatur *ἡ αναϛασις των δικαιων* [6]) et *αναϛασις ἡ πϱωτη* [7]).

1) Sohar part. 1. edit. *S*ulz. fol. 81. Amstel. f. 134. לעתיד לבא הקבה מחיה את המתים וינער אותם מעפרם שלא יהיו בנין עפר כמות שהיו בתחלה שנבראו מעפר ממש דבר שאינו מרקיים

מתקיים ובאותה שעה יתנערו מעפר מאותו הבנין ויעמדו בבנין מקויים להיות להם קיומא *Saeculo futuro Deus S. B. viuicabit mortuos et excitabit eos e puluere suo, ita vt non amplius futuri sint structurae puluereae, sicut fuerunt antea, creati ex puluere, re penitus non durabili. Hac vero hora excitabuntur ex puluere, e quo sunt structurae, vt subsistant ceu structurae firmae sibique sint duratio.* Cf. 1 Cor. XV, 52 sqq.

2) IV Esdr. II, 10. 13. 15. 16. 30. 31. *Haec dicit Dominus ad Esdram: nuncia populo meo, quoniam dabo eis regnum Jerusalem, quod daturus eram Israel. — Jam paratum est vobis regnum: vigilate! Mater amplectere filios tuos, educa illos cum laetitia. Et resuscitabo mortuos de locis suis et de monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen meum in Israel. Iucundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terrae et misericordiam cum illis faciam.* Seiler *über die Beschaffenheit, Zwecke und Wirkungen der bewundernswürdigen Thaten Jesu* p. 23.

3) 1 Cor. XV, 51. 52. Παντες μεν ȣ μη κοιμηθησομεθα, παντες δε αλλαγησομεθα, εν ατομω, εν ῥιπη οφθαλμȣ, εν τη εσχατη σαλπιγγι. σαλπισει γαρ, και οι νεκροι εγερθησονται. 1 Thess. IV, 16. ὁτι αυτος ο Κυριος εν κελευσματι, εν φωνη αρχαγγελȣ και εν σαλπιγγι Θεȣ καταβησεται απ᾽ ȣρανȣ και ὁι νεκροι εν Χριστω αναστησονται πρωτον. IV Esdr. VI, 24. 25. *Et tuba canet cum sono; quam cum omnes audierunt, subito expauescent. Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis, quibus praedixi tibi, ipse saluabitur et videbit salutare meum et finem saeculi vestri. Et videbunt* (*in lucem adduci a me, Arab.*), *qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt a natiuitate sua, et mutabitur cor inhabitantium et conuertetur in sensum alium.* Cf. Soh. I, 56, 5. et *Eisenmenger* P. II. p. 929.

4) Videsis Dan. XII, 2. et scholion nostrum ad h. l. Sohar Part. 1. fol. 77. ed. Sulz. ad Gen. 24, 2. במה שאמר עבדו עבדו של יהוה זקן ביתו הקרוב לעבודתו ומאי איהו זה מטטרון כר דאמרן דאיהו עתיד ליפות לגוף בבתי קברי *Cum dicitur seruus eius, intelligitur seruus Jehouae, senior domus eius, paratus ad ministe-*

rium

rium eius. Quis vero ille est? Metatron est, sicuti diximus, qui corpora in sepulcris pulchriora redditurus est. Midrasch Mischle fol. 67. col. 5. שבעה דברים נבראו קודם לבריאתו של עולם ואלו הן כסא הכבוד שנאמר נכון כסאך מאז מעולם אתה: ומלך המשיח שנאמר יהי שמו לעולם לפני שמש ינון שמו ויתברכו בו כל גוים יאשרוהו: ולמה נקרא שמו ינון שהוא עתיד לינן לישיני עפר: *Septem res creatae sunt ante mundum conditum, videlicet thronus gloriae, sicut dictum est* (Ps. 93, 2.): *firmus est thronus tuus, ab aeterno tu es. Deinceps Messias, sicut dictum est* (Ps. 72, 17.): *nomen eius erit in perpetuum, quamdiu sol permanebit, excitabitur, et per illum benedicentur omnes gentes, beatum illum praedicantes. Cur autem nomen eius dicitur* ינון? *eo quod olim dormientes in puluere excitaturus sit.* 1 Cor. XV, 22. 23. *ὡσπερ εν τω Αδαμ παντες αποθνησκουσιν, ὁυτω και εν τω Χριστω παντες ζωοποιηθησονται. ἑκαστος εν τω ιδιω ταγματι· απαρχη Χριστος, επειτα ὁι του Χριστου εν τη παρουσια αυτου. ειτα* (sc. post mille annos) *το τελος*, quod cum altera resurrectione (§. 41.) conjunctum erit. 1 Thess. IV, 16. *ὁι νεκροι εν Χριστω*

M 2 *ανα-*

αναϛησονται πρωτον. Facile est perspectu; Apostolos ad Christianos jam vita defunctos (νεκρȣς εν Χριϛω) retulisse, quod Judaei suam rationem secuti ad se vel Abrahami posteros traxerunt. Sole igitur lucidius est, de duabus resurrectionibus Theologos judaicos praecepisse et ita statuisse, vt *prima* resurrectione cum aduentu Messiae conjuncta Israelitae, *secunda* autem resurrectione post regnum millenarium futura (§. 38. 41.) reliqui homines in lucem redituri sint; id quod etiam Paulus in mente habuit, cum scripsit: ἑκαϛος εν τω ιδιω ταγματι; cf. loc. Johanneum proxime subsequentem.

5) Apoc. XX, 4. 5. και εζησαν και εβασιλευσαν μετα Χριϛȣ τα χιλια ετη· ὁι δε λοιποι των νεκρων ȣκ ανεζησαν, ἑως τελεσθη τα χιλια ετη. ἁυτη ἡ αναϛασις ἡ πρωτη.

6) Luc. XIV, 14.; δικαιȣς (צדיקים) esse Israelitas, patet ex Sap. XVIII, 7. II, 12. coll. v. 13. 16. Quia Judaei haud raro etiam των ἁγιων (קדושים) nomine ornantur (Deut. 33, 3. Ps. 34, 10. Ex. 19, 6. Cant. tr. puerr v. 11. 3 Esdr. VIII, 70. Dan. VII, 18. ad quem locum con-

conferas obseruationem meam T. II. p. 468.); haec ἀναστασις των δικαιων in *Justini Dialogo* c. Tryph.; Theologia judaica abunde tincto, appellatur ἡ ἁγια ἀναστασις h. e. ἀναστασις των ἁγιων, p. 330. edit. Jeb. Huc etiam referri possit loc. Act. XXIV, 15., quo Paulus de ἀναστασει δικαιων και ἀδικων loquitur, et οἱ ἀδικοι gentiles (1 Cor. VI, 1.) esse possunt.

7) Apoc. XX, 6. — Hinc facile perspicitur, quid Hymenaeus et Philetus sibi voluerint asserentes: την ἀναστασιν ἠδη γεγονεναι (II Tim. II, 18.). Videlicet jam primum Christi aduentum cum illa (ἀναστασει πρωτῃ) fuisse conjunctum putarunt, ex qua opinione etiam illa mythica narratio, quae Matth. 27, 52. 53. legitur, originem suam duxisse videtur.

§. 25.

De diabolo omnibusque cacodaemonibus ad mille annos in tartarum dejiciendis.

Ne autem dilecti Dei vel superstites vel per Messiam iterum in lucem reducti in fruenda summa felicitate se vnquam turbatos videant, remouenda erit princeps

ac

ac sola omnium malorum causa. Quem videlicet ex longo jam tempore ceu *Θεον τȣ αιωνος τȣτȣ* vel *αρχοντα τȣ κοσμȣ τȣτȣ* [1]) per ministros suos, *κακοδαιμονας*, homines ad idololatriam seducentem [2]), Judaei metuerunt, *Satanam* vel diabolum nunc vinculis obstrictum ad mille annos in tartarum dejectum [3]) eiusque tyrannidem destructum iri [4]) haud inepte praesagiebant. Similiter quoque et eos angelos, quorum quippe fuit, vt singulis terrae populis praeessent [5]), munere suo ejectum iri [6]) contenderunt. Quibus omnibus factis, futurum esse asseruerunt, vt ipse Deus imperium in vniuersum mundum capesseret [7]) saeculumque futurum non amplius angelis subjiceretur [8]).

1) II Cor. IV, 4. *εν οἱς (απολλυμενοις) ὁ Θεος τȣ αιωνος τȣτȣ ετυφλωσε τα νοηματα των απιςων.* Joh. XIV, 30. *ερχεται ὁ τȣ κοσμȣ τȣτȣ αρχων.* Apud Targumistas et Rabbinos occurrit sub nomine סַמָּאֵל *Samaël.* Elleh Haddebbarim rabba fol. 502. 2. סמאל הרשע ראש כל

כל השטנים הוא:. *Angelus Samaël improbus est Princeps omnium Satanarum.* R. Menachem Comment. in Gen. fol. 141. col. 1. אמר
סמאל לפני הק'בה רבונו של עולם על-כל
